1 q. xlvi. Oia rōne ꝯdita sunt. nec eadē rōne hō qua equus. Hoc eni absurdū est existimare. singula ergo ꝓprijs sunt causata rōnibus. ℂ Itē Aug⁹ in epistola. xlviij. ad Nebridiu3: que sic icipit. Recētissimis litteris tuis. ita dicit alloquēs Nebridiū: querēs. vtrū ista sūma veritas ꝛ sūma illa sapiētia per quā facta sunt oia: quā filiū dei sacra ꝯfitetur doctrina: generaliter hoīs. an ēt vniuscuiusq; nostru3 rationē ꝯtineat? Et rn̄det. Sed mihi videt̄ quantū ad faciendū hoiem attinet: hoīs qdē tn̄: nō meā vel tuā ibi esse rōnē. Quātū vō ad ordinē tēporis: varias hominu3 rōnes in illa viuere sancta trinitate. Hec Aug⁹. Ex auctoritate. lxxxiij. q. patet. ꝙ deus nō rōne generali producit homine3 ꝛ equū. ergo per ꝯn̄s nec cognoscit̄ eadē rōne hō ꝛ equus sed oia ꝓprijs rōnibus. Silr̄ ex aucte ad Nebridiu3. patet ꝙ nō vna rōne spēi cognoscit ꝛ ꝓducit idiuidua ꝯtēta sub spē. ergo si modus cognitiōis angelice non est nobilior mō cognitiōis diuie: op3 ꝙ angeli nō cognoscāt per formas paucas ꝛ vniuersales multa: s3 singula per formas ꝓprias. ℂ P̄. ipsemet dicit. q. lxxxix. arti. p° in rn̄siōe
2 tertij argti. ꝙ itelligētie sepate cognoscāt per spēs ex isluētia diuini luminis ꝑticipatas. ergo cū in lumine diuino alia sit rō generis: alia spērū: alia idiuiduoꝝ: vt preostēsu3 est per Augm. necesse est ꝙ alie ꝛ alie sint in itellectu angelico. qꝛ tn̄ est maior vnitas eēntie in effectu q̄3 in cā. ℂ P̄.
3 si quāto angelus supior est tāto per pauciores spēs vniuersitatē itelligibiliū itelligere pōt: cū nouē sint ordines angeloꝝ. ꝛ in vnoq̄q3 p̄mi. medij ꝛ infimi siue vltimi: vt dicit Diony. de ange. hierar. ca. x. multo plures sunt gradus angeloꝝ q̄3 formaꝝ in p̄dicamēto sube: descendēdo a genere generalissimo vsq; ad spēm spālissimā ꝛ idiuidua. sequeret̄ ꝙ aliqs supioꝝ cognosceret ꝑ formam generis generalissimi oia ꝯtēta in p̄dicamēto sube. Et supior illo si est: vel si nō est ꝯstat ꝙ pōt a deo produci: itelligeret oia nō per formā aliquā qđ est ipossibile. vel si per vna3 tunc nō est vniuersalr̄ verū ꝙ angelus supior semꝑ cognoscit
4 per vniuersaliores formas ꝛ pauciores. ℂ P̄. forma non est principiū cognoscendi nisi id cui assimilat̄ ꝛ qđ sibi assimilatur: sicut videm⁹ in cognitiōe sensitiua. imaginatiua ꝛ itellectiua. Oia ergo que cognoscunt̄ per vnā formā simplicē: assimilātur illi forme simplici. S3 quecūq; assimilant̄ vni ꝛ eidē forme simplici assimilant̄ iter se: sicut quecūq; vni ꝛ eidē sunt eadē vel equalia: inter se sunt eadem vel equalia. ergo oia quecūq; cognoscūtur per vnā formā vniuersalem: inter se sunt similia. hoc aute3 falsu3 est. ergo ꝛ primum. Hec sunt verba eorum.

p° phic.

Respōsio ad hec scdm Thomā.

ℂ Ad hoꝝ dissolutioné dicēdū. ꝙ forma oīno ꝓpria que deus est: ꝓpter sue ꝑfectiōis plenitudinē: est illud quo cognoscunt̄ oia ab eodē sicut sunt. ꝛ ab ista vna forma que est rō itelligēdi omnia: participant angeli formas siue species per quas itelligūt. ita ꝙ iste forme siue species sunt quasi q̄dā illi⁹ vnius forme ꝑticipationes. Et qꝛ ista ꝑticipatio plenior iueniт̄ in supiorib⁹ angelis. Hic est ꝙ spēs in eis magis accedūt ad vnitatē. ꝛ sunt per ꝯn̄s pauciores in rep̄sentādo ꝛ magis vniuersales: vtpote illi vni forme oia vniuersalr̄ representāti similiores. ℂ Ad illud qđ adducūt de Aug° dicēdū: ꝙ q̄uis multe sint idee ac diuersorum diuerse: nō tn̄ multa sunt: sed oīno vnū est quo deus oia nouit ꝛ oia ꝓducit. Essentia eni3 diuina que sūme est vna rep̄sentat semetipsa3 ꝑfectissime deo cū oi habitudine quā h3 ad singulos gradus qbus est imitabilis a creatura. Et ide est ꝙ de⁹ vno itelligit multa. imo oia tā ideas q̄3 ideata. Idea eni nō est illud quo deus itelligit ideatū: sed est illud quod intelligendo ideatum intelligit. qꝛ relatio siue respectus ad ideatum quod est formale in ratione idee: nihil facit ad actum intellectionis in deo: cū non sit in ipso nisi solū ẜm dici: sed a deo intelligente intelligitur. Essentia igitur diuina intellecta cum tali respectu imitabilitatis a creatura dicitur idea eiusdem: et ẜm quod sunt diuersi gradus imitabilitatis: ẜm hoc est diuersitas in ideis: que oēs sunt vna eēntia dei realiter: ꝛ per eadem itellecte ꝑfectissime. In hoc ergo fuerūt isti cauillatores decepti. ꝙ pluralitatē q̄ iuenit̄ in deo a ꝑte obiecti itellecti ipsi ponebāt (ꝛ falso) a ꝑte p̄ncipij itelligēdi. qđ si vellent defendere: nulli dubiū qn eēnt heretici pessimi cū ex h̄ sequat̄ pluralitas essentie in diuis: qđ nephas est suspicari. Cū eni de⁹ essentia sua oia itelligit. si plurib⁹ itelligit plures vtiq; habet eēntias. quo nihil absurdius: nihil auribus fideliū intolerabilius. ℂ Ex hoc. s. rn̄deo ad 2m. Ex hoc ipso eni ꝙ iste spēs causant̄ ex influētia diuini luminis deriuate ab illa forma. vna que est rō itelligēdi oia vt dictū est: tāto sunt pauciores ꝛ in rep̄ntādo vniuslr̄iores: quāto illi vnitati quā participāt sunt similiores. ℂ Ad 3m dicendū ꝙ cū dicūt. ꝙ multo plures sunt gradus angeloꝝ q̄3 formarū in p̄dicamēto sube: nulli dubiū est qn dicant falsum: quot eni sunt angeli tot sunt gradus formaꝝ substātiarū imaterialiū ꝛ nō materialiter: cū materia careāt differētiū: vt dictū est. ꝛ preter has (vt patet inspicienti) sunt forme subales materiales spē differētes: que quide3 sunt innumerabiles vt lapidū. herbarum. auiū. ꝛ alioꝝ huiusmodi. Sed forsitā isti putabāt ꝙ oēs gradus formarū substātialiū notificent̄ in arbore porphyriana (ad verecūdiā eoꝝ loquor) nulla igit̄ forma vna creata. ꝛ per cōsequēs limitata nata est oia simpliciter representare. sed hoc competit forme prime que illimitata est ꝛ infinita. ℂ Ad 4m cu3 dicunt. q̄cunq3 vni ꝛ eidē assimilātur inter se assimilātur. Dicēdū ꝙ hoc nō est veꝝ vbi aliqua alicui assimilātur per quādā participationē ꝑfectionis ẜm plus ꝛ minus: sic eni oēs creature essent iter se siles: cū singule in suis gradibus ꝑfectionē primā que est causa oīum par

Ad p̄m

Nota idea nō eid q̊ deus itelligit.

Ad 2m

Ad 3m

Ad 4m

ticipent. Aliter vo est vbi aliq̄ sunt alicui vni ⁊ eidē equa
lia vbi non est perfectionis pticipatio sed adequatio ma
gis. Species vo in mēte angelica (prout dicit Thomas)
nō est adequata vni intelligibili sed pluriū representati
ua. vn̄ nō opz ea que in diuersis gradibus pticipāt perfe
ctionē in qua assimilanẗ forme huic inter se sint silia.

Articulus vigesimusprim⁹. de hoc qd̄
Tho. dicit pte. i. q. lxij. arti.
vi. in rn̄sione qōnis ⁊ argumentoꝝ. ⁊ q. cviij.
ar. iiij. in rn̄siōe pn̄. ⁊ eadē. q. ar. viij. in rn̄. pri
mi ar. ꝙ angelis data est gr̄a ⁊ gl̄ia s̄m gradū
suoꝝ nāliū. ita ꝙ hi q habuerūt nālia meliora ēt plus ha
buerūt de gr̄a ⁊ gloria. qd̄ pbat pmo per magistrū. ij. sen.
dist. iij. qui dicit. Qui nā magis subtiles sunt creati: hi etiā
maioribus munerib⁹ gr̄e pditi sunt. ¶ Scd̄o. q2 sic nā an
gelica facta est a deo ad gr̄am ⁊ gl̄iā ꝯsequendā: ita ⁊ gra
dus nature angelice ad diuersos gradus gr̄e ⁊ glorie ordi
nari videnẗ. ergo q̄s altiores fecit: ad maiorē gr̄am ⁊ glo
riam ordinauit. ¶ 3⁰ hoc patet ex h̄ ꝙ angelus nō est cō
positus ex diuersis naturis: vt iclinatio vnius nāe ipediat
ipetū alteri⁹ vel retardet: sic accidit in hoīe: in quo actio
itellectiue ptis ipediẗ ⁊ retardaẗ ex inclinatione ptis sen
sitiue. qn̄ aūt nō est retardās nec ipediēs: tūc natura mo
uetur s̄m suā totā virtutem. ⁊ ideo rōnabile est ꝙ angeli
qui habuerūt meliora naturalia fortius ⁊ efficacius ꝯuer
si sunt ad deū. Et h̄ in hoībus ꝯtingit ꝙ s̄m intēsionē cō
uersionis in deū daẗ maior gr̄a ⁊ gl̄ia. vn̄ videẗ ꝙ angeli
qui habuerūt meliora naturalia habuerunt plus de gra
tia ⁊ gloria. Hec sunt verba Thome.

1 **Corruptorium.** ¶ Inter articulos olim con
demnatos a dn̄o venerabilis
memorie Parisiēsi epo: iste fuit nōn. ꝙ angeli qui habue
rūt meliora nālia de necessitate habuerūt maiorē gratiā
⁊ gloriā. Articulus aūt quē pre manib⁹ habemus parum
aut nihil differt a pdicto. ⁊ iō predicta ꝯdēnatio sufficere
debet ad reprobationē isti⁹ ar. ⁊ rn̄siones ad argᵗᵃ. Verū
tn̄ dicimus ex abūdāti. ꝙ videẗ dictū in piudiciū gratie.
q2 si s̄m meliora nālia daẗ maior gratia vel minor s̄z mi
nora. ergo simplr̄ daẗ gr̄a s̄m nālia. q2 si magis sequitur
magis. ⁊ simplr̄ seqtur simplr̄. ⁊ si gr̄a datur s̄m nālia: nō
est gr̄a. Ro. xi. ¶ P̄. si hi q meliora habuerūt naturalia
2 plus hn̄t de gratia ⁊ gl̄ia: tūc Lucifer qui meliora nālia
habuit: pre alijs plus habuisset de gr̄a ⁊ gloria. qd̄ est fal
sum ⁊ erroneū. ¶ P̄. gr̄a ⁊ gl̄ia danẗ s̄m motū liberi ar
3 bitrij: qui imediatius disponit ad gr̄am ⁊ ad gl̄iā. in habē
te aūt liberū arbitriū motus disponēs ad gr̄am ⁊ gloriaz
nō fit s̄m nālia. sed s̄m libertatē. ergo vel nō habuerunt
angeli liberū arbitriū: vel receperūt gr̄am ⁊ gloriā s̄m il
lius conatū. nō ergo s̄m gradū naturaliū. ¶ Ad rationes
Thome respōdent. ¶ Ad pmā ergo dicēdū. ꝙ magister
nō dicit. ꝙ s̄m nālia data sit eis gratia ⁊ gl̄ia. ꝙ que natu
ra ⁊ sapiētia magis subtiles ⁊ amplius pspicaces fuerunt
maiori gr̄a prediti sunt. Sunt inq̄ pditi non ppter nālia
meliora: s̄z ppter diuinū hn̄placitū ⁊ libi arbitrij motū.
¶ Ad 2ᵐ de gradus distōne dicēdū. ꝙ si starēt ⁊ conarē
tur pportionabiliter ad gradus corn̄dentes gr̄e ⁊ glorie
ꝑuenirēt. ¶ Ad 3ᵐ dicēdū. ꝙ l3 angelus nō habeat ipedi
mētū a pte nāe sue. pōt tn̄ habere a pte libertatis sue: que
pōt se minus mouere in deū: imo ēt nō mouere: sed in ꝯ
riū: vt patet in Lucifero ⁊ in seqcib⁹ ei⁹. ¶ Qd̄ ēt addiẗ
vbi nō est ipeditus tūc nā moueẗ s̄m totā virtutē. verū
est in natura nō libera: sed in natura libera falsū est: sal
tem in via q̄les fuerūt angeli anteq̄ gloriā habuerūt. Et
qd̄ addit. ꝙ habētes meliora naturalia rōnabile est ꝙ ad
deū fortius ꝯuersi sunt: verū est. ꝙ ita esse decuit: non tn̄
ita fuit: sicut patet de Lucifero ⁊ alijs cadentibus. ¶ Ad
4ᵐ cum dicit. ꝙ in hoībus ita cōtingit dicēdū ꝙ est vt sic
est vt nō. Nā si hic homo plus ꝯuertit se in deū plus ac
cipit de gratia. nō q2 ꝯuersio sit huius causa sed deus. nō
tn̄ semper hō qui habet meliora naturalia plus se cōuer
tit in deū: imo ex illis qn̄q3 plus superbit. ⁊ magis se auer
tit a deo: vt patet in Lucifero. Hec sunt verba eorū.

Respōsio ad hec scd̄m Thomā.

¶ Oēs iste cauillationes pcedūt: ac si Tho. posuisset. ꝙ
meliora naturalia essent cā principalis. quare necessario
maior gr̄a vel maior gloria dareẗ eidē: hoc tn̄ non ponit.
vn̄ cū ipsi pbēt suā propriā pbātasiā falsā: nō esset respō
dendū eis. Ex abūdāti tn̄ ne aliquid videātur dixisse per
singula dicta sua refellātur. ¶ Ad pᵐ ergo cū dicūt ꝙ pa Ad pᵐ
rū aut nihil differt dicere. ꝙ angeli qui meliora natura
lia habuerūt: plus gratie ⁊ glorie receperūt. ⁊ dicere ꝙ an
geli qui habuerūt meliora naturalia necessario vel de ne
cessitate maiorē gratiā receperunt ⁊ gloriā: nulli puto du
bium quin dicat falsum. Sic enim nō differret dicere ho
mo sedet ⁊ homo de necessitate sedet. ⁊ homo s̄m ꝙ plus
habet de arte scribēdi melius scribit: ⁊ s̄m ꝙ plus hēt de
arte illa de necessitate melius scribit cum tamē sit cōtin
gens ꝙ scribat. ⁊ per cōsequens ꝙ bene scribat. ⁊ tamē po
sito ꝙ vtereẗ arte illa s̄m totam virtutē. manifestum est
ꝙ quāto plus haberet de arte si nullū esset impediēs: tan
to meliorem litterā scriberet. Sic angeli qui bene vtebā
tur suis naturalibus s̄m suā totā virtutē nullo impediē
te: plus meruerūt. ⁊ per cōsequens maiorē gratiam ⁊ glo
riam habuerūt qui melioribus donis prediti sunt. ¶ Ad
illud vo quod obijciunt. Si magis seqtur ad magis. ergo
simpliciter seqtur ad simpliciter. Dici pōt ꝙ s̄m philoso
phum regula seqtur ecōuerso. Si simpliciter ad simplici
ter. ergo magis seqtur ad magis. nec tenet nisi in per se ve
ris. verūtamen concedi debet ꝙ s̄m naturalia datur gra
tia: non quidē eorū merito. hoc enim esset cōtra Aposto
lum Ro. xi. Nec ita ꝙ ipsi sint pma causa necessaria ma
ioris gratie ⁊ glorie: sed sunt dispositio congrua: imo certe
necessaria ad vtrūq3. nō enim posset gratia vel gloria cō
municari nisi nature itelligibili. ¶ Ad 2ᵐ patet ex dictis Ad 2ᵐ.
non enim sic s̄m meliora naturalia dicimus cōicari me
liora dona ꝙ ipsa sint causa necessaria huius cōicatiōis.
sed pro tanto ꝙ hi qui vtebātur s̄m totā virtutem suam
donis nature in ꝯuersione sui gratia cooperāte ab eo qui
disponit oīa suauiter plus gratie ⁊ glorie receperūt. Luci
fer vo non vtebatur bonis collatis: sed abutebaẗ auertē
do se a deo. sed ideo nō accepit: s̄z pdidit illa dona melio
ra sibi si stetisset cōferenda. ¶ Ad 3ᵐ dicēdū. ꝙ illi qui Ad 3ᵐ
habuerūt meliora naturalia nobiliorē motum liberi ar
bitrij in deū habere poterant. vnde boni qui actū s̄m to
tam virtutē suam exercuerūt: maiorē gratiam ⁊ gloriam
acceperunt. ¶ Qd̄ ergo dicūt ad primū argumētū Tho
me ꝙ dei hn̄placitū fuerit causa. ⁊ ꝙ mot⁹ liberi arbitrij
dispositio vtiq3 congrua fuit quare dabātur illi dona: cō
cedi debet. q2 tamē s̄m gradū naturaliū (vt dictū est)
erat gradus illorū motuū. ideo cōueniens erat vt s̄m ean
dem proportionē esset gradus donoꝝ. Unde quod ipsi
dicunt in respōsione ad scd̄m argumētum. s. ꝙ qui stete
runt non conabātur s̄m nature sue proportionē: falsum
est ⁊ nō concedēdū. ¶ Quod vo dicunt ad tertiū argu
mentum. ꝙ a parte libertatis arbitrij potest esse ꝙ ange
lus non moueatur in deum: sed auertat se ab eo: verū di
cunt. sed ꝙ volunt ꝙ minus moueaẗ in deū ille qui mo
uetur ⁊ cōuertitur: cū nullū sit impedimētū: irrationa
biliter ⁊ falsum dicunt. Sicut enim demones toto cona
tu ꝯuertebanẗ

tu cõuertebantur ad amorē sui in sua auersione a deo. sic boni angeli toto conatu cõuertebantur ad amoreʒ dei in sua conuersione ad deū. q2 sicut angelus non intelligit se per discursuʒ ad modū nostri. s. successiue vnum post aliud. sed totū simul vno actu simplici apprehēdit. ita ad se apprehensum fertur totaliter ⁊ toto affectu vel seipsuʒ in deū referendo sicut bonus: vel in se finaliter sistēdo sicut malus. ¶ Quod vo dicunt ad quartū argumentū. ꝙ homo qui habet meliora naturalia aliqñ superbit: veruʒ est. ⁊ hoc cõtingit angelo. habentes tamē meliora naturalia ⁊ eis recte vtendo ſm totam suam virtutē gratiam ⁊ gloriam recipiunt ampliorem.

Articulus vigesimussecundus est de hoc qđ Thomas dicit per i. q. lxij. ar. ix. in rñsione vltimi argu^ti. ꝙ angeli beati non merētur premiū accidentale.

Corruptorium. ¶ Hec positio videtur fauere sexto errori Parisius condemnato: qui est in substātijs separatis non est possibilis trāsmutatio. Itē errori. xi. qui est. ꝙ angelus nihil intelligit de nouo. Itē errori. xij. q est. ꝙ angeli beati habēt bonuʒ qđ eis possibile est cuʒ producūtur. nec desiderāt bo-
1 nuʒ quo carēt. Uidet etiā in preiudiciū officij angelici ⁊ gratie. Cū enim ſm Gregoriū. ij. moraliū: duplex sit actꝰ in angelis missis ad ministeriū nostruʒ: sciꝫ actus cõtemplandi quo a deo nunq̃ recedūt. ⁊ actus ministrādi quo exterius ad nos ꝓpter nostrā salutē exeunt. ⁊ actus ministrandi nõ est actus nature aut glorie: oportet ꝙ sit actus officij vel gratie. Talis autē actus in eo qui habet officiū viatoris est necessario meritorius: non premij essentialis vt patebit. ergo premij accidentalis. alioquin fieret preiudicium gratie dei in angelo ⁊ officio eius. Unde Hugo super illud angelice hierarchie. c. 2°. Unaqueqꝫ hierarchiaruʒ proficit suis diuinis laudationibus: dicit sic Proficit inq̃. q2 omnis dignitas ⁊ potestas ſm officij ⁊ ministerij gratiaʒ qua dei laudem ⁊ honorem predicare ⁊ amplificare potest: in fructū retributionis exercet. Et ibideʒ loquens de angelis eisdē dicit. Ergo ſm gratiam sunt dona. ſm dona sunt merita. ſm diuersitateʒ meritorum cõ-
2 stat diuersitas premioꝝ. ¶ P̄. Cum angelus malus qui datur nobis in exercitiū peccet. quare angelus bonus qui datur nobis ad suadēduʒ bonuʒ salutiferuʒ: non merebitur premium accidētale. ¶ P̄. in legēda sancti Joannis euāgeliste ſm vsum Romane ecclesie: habetur sic. Uidi angelos nostros flētes. angelos vo sathane in nostra deiectione gaudentes. Eo igitur modo quo illi boni angeli custodes eoꝝ flebāt de eoruʒ apostasia. ecõtra cõgaudebāt de eorū penitentia. ſm illud Luce 15°. Gaudiū est angelis dei super vno peccatore penitētiā agente. ¶ Si dicas ꝙ de penitentia peccatoris gaudeāt omnes etiaʒ assistentes patet ꝙ hoc gaudiū est accidētale. ⁊ vt de bono ſʒ se: sed angeli custodes flebāt. ⁊ ministrantes specialius gaudent vt de bono per eos in eis procurato. quod nõ pōt de angelis assistētibꝰ dici nõ missis. Unde dicit. Uidi angelos nostros flētes: nõ angelos absolute. ¶ Si autē aliquis obijciat sic. Si angeli merētur ministrādo nobis: cū per eorū ministeriū nõ diminuātur fruitio: vt dicit Gregorius. ij. moraliū. melioris cõditionis ⁊ nobilioris vidētur esse q̃ assistentes. ⁊ nobilitat (vt videt) eoꝝ cõditio per ministerium. ¶ Et si in ministrādo mereātur gaudiū accidētale: iniuste agitur nisi maius gaudiuʒ retribuatur eis: q̃ eis qui non meruerūt. Et si plus gaudij retribuatur ministrātibus seqtur ꝙ melius sit ministrare q̃ non ministrare. qđ videtur incõueniens sicut ⁊ primū. ergo si merētur in ministrando: videt ponēdū ꝙ merētur premiū essentiale: nõ accidētale: prout magister dicit 2° libꝰ sententiarū. dist. ij. c. vi. ¶ Ad primū potest dici. ꝙ ministrantes non sunt melioris cõditionis q̃ assistētes: nec nobilioris simpliciter: sʒ ſm qd. s. ſm ꝙ angelus gaudebit de hoc homine vt ab ipso bñ custodito ⁊ edocto: ipsoqꝫ saluato per ministeriū eius oēs alij gaudebunt de illo vt saluato solum. nõ tamē nisi per eius ministeriū in missione foras exhibitū. loco tñ huius particularis ⁊ accñtalis gaudij habēt assistētes multo maiora vt clariorē cognitionē taʒ verbi q̃ huius sic saluati. ⁊ feruētiorē amorē. ⁊ huiusmodi. propter que sunt adhuc melioris ꝯditionis q̃ ministrantes. ¶ Ad secundum dicendum. ꝙ non iniuste agitur cum assistentibus ⁊ non ministrantibus: si ministrantes plus gaudij habeāt q̃ assistētes non ministrātes: nisi eoꝝ oculus nequā esset. q2 deus bonus est Mat. 20°. ¶ P̄. si quātum meruerūt ministrātes datur etiā sine merito assistētibus grā deputatur. ⁊ si tātū vel plus gaudij accidētalis habēt assistentes nulla fit iniuria ministrātibus. q2 tollūt qđ suū est Mat. 20°. Nec minus hñt ꝓpter hoc ꝙ nõ ministrātes plus habēt. q2 nõ sunt inuidi: sed de bono alterius quilibet gaudet: ⁊ ideo nõ sequit ꝙ simpliciter meliꝰ sit mistrari q̃ assistere. Sed ꝙ melius sit ministrare quo ad quid. Et aūt in ministrādo nobis nõ mereātur p̄miuʒ subale. sic patet. q2 si merētur: aut habēdū aut iā habitū. Nõ habēdū. q2 tūc nõ haberēt modo premiū subale: qđ falsum est. cū sint cõprehēdentes. aut haberēt impfecte: ⁊ eius augmētū vel pfectionē expectarēt per ministeriū. qđ ēt videt falsum esse. tum q2 eorū appetitus non esset quietatus. ⁊ per ꝯsequēs nec pfecte beati essent. cū beatitudo sit status oīuʒ bonoꝝ aggregatione pfectus. Tū q2 tūc essent ſm vtrāqꝫ vitā. actiuā. s. ⁊ ꝯtēplatiuā viatores. quod nullus diceret. Si aūt dicatur ꝙ ministrādo nobis mereātur premiū essentiale iā habitū: hoc est a sua ꝯuersione susceptū: hoc est ꝯtra Aug^m de correctione ⁊ grā qui dicit. Angeli sancti qui alijs cadētibus steterūt: illius vite mercedē accipe meruerūt. Et eodē li. c. iiij. Si diabolus ⁊ angeli eiꝰ per liberꝝ arbitriū in veritate stetissent donec illam sūme beatitudinis plenitudinē: vñ premiū huiusmodi pmāsionis acciperēt. Et ergo stādo: nõ ministrādo premiū essentiale mercedē vite appellat. Huic etiā stationi vel pmanētie attribuit beatus Gregoꝰ premiuʒ essentiale qnto moraliū. c. lxiij. Dñs deus sūmoꝝ spūuʒ naturā bonam: sed mutabilē ꝯdidit: vt qui pmanere nollēt ruerēt: ⁊ qui in ꝯuersione psisterēt tāto in ea dignius: quāto ⁊ dei arbitrio starēt. ⁊ eo apud dñʒ ⁊ maioris meriti fierēt quo mutabilitatis motus volūtatis statione vicissent. ¶ P̄. ſʒ Gregoriū. ix. moraliū. c. 20°. Sicut gratia precedit meritu; ita meritū precedit premiū. ⁊ hoc vel natura ⁊ tēpore. vel natura tñ. ergo nõ merētur iaʒ habitū. tūc eni meritum sequeret premiū. ¶ P̄. deus est motor oīs merentis premiū essentiale ad assequēdum illud. Propriuʒ est aūt oīs motoris ꝙ cesset mouere suū mobile adepto intēto suo. Cū ergo beatus angelus iaʒ sit assecutus premiuʒ essentiale vt finē vltimuʒ: iam deus nõ mouet illū vt per ministeriū assequatur illud. nec a seipso sine deo mouet. q2 hic finis est supra posse omnis nature create sine adiutorio gratie. merentur ergo angeli beati nobis ministrando premium accidentale: non essentiale.

als eēntiale. als eēntiale.

Responsio ad hec scdm Thomā.

¶ Si verba Tho. rectis oculis intellecta conspexissent: nunq̃ istā positionē suam errori fauere dixissent: cum ex verbis suis ēt in hoc loco oīum illoꝝ errorū: quos nominant oppositū cõcludatur. Ut eniʒ ibideʒ in illius argumenti vltimi responsione dicit. ꝙ premiū accidentale in

angelis augeri potest vsqꝫ ad diē iudicij:non ꝙ illud me/
reantur cum nō sint viatores:sed predictū gaudiū acqui/
runt ex virtute beatitudinis vt ipse dicit. Ex quo seqtur
necessario.ꝙ in substātijs separatis possibilis est trāsmu/
tatio talis qualis inuenitur in natura itellectuali.⁊ hᷣ est
oppositū cōtradictorie errori illi Parisius cōdēnato. qui
ponit ꝙ in substātijs nō est possibilis trāsmutatio.❡ Itē
ex hoc ipso ꝙ gaudiū illud potest augeri:sequitur ꝙ pos/
sunt de aliquo gaudere de nouo:vt de noua cōuersione
peccatoris:quod esset oīno impossibile:nisi possent aliud
de nouo intelligere:cū actus intellectus necessario prece/
dat actum volūtatis.⁊ hoc est oppositū cōtradictorie illi
errori vndecimo: qui ponit ꝙ angelus nihil intelligit de
nouo.Itē ex hoc ipso etiaꝫ ꝙ gaudiū illud potest augeri:
vt dicit Thomas manifeste seqtur ꝙ angeli nō omne bo
num sibi possibile habēt in sui productione.Et ꝙ deside/
rant cōsūmationē gaudij accidentalis quā in die iudicij
de omniū electorū salute cōsequuntur acqrentes eandeꝫ
ex virtute sue beatitudinis.⁊ hoc est oppositū ꝯdictorie
illi errori.xiij.qui ponit.ꝙ angeli beati habēt bonuꝫ sibi
possibile in sui productione:nec aliud desiderant quo ca/
rent.vnde nō cesso mirari qua fronte dicere potuit istam
doctrinā Thome ꝑdictis erroribus fauere.cū acquirere
gaudiū illud ex virtute beatitudinis (prout docet Tho/
mas) antecedat ad ꝯtradictorie opposita oīum illorū:vt
patet ex dictis.Qꝛ autē nō debebat dici proprie. ꝙ angeli
mereātur illud gaudiū:cuꝫ non sint in statu vie:patet per
Augᵐ in Encħ.⁊ alibi satis. Nullus eni angelus simul est
viator ⁊ cōprehensor:vt ad moduꝫ ipsius viatoris simul
vt viator mereatur.⁊ vt cōprehēsor vltimo fine fruatur.
Ad pᵐ ❡ Ad illud ergo qđ obijciunt post.ꝙ foret in preiudiciuꝫ
gratie ⁊ officij angelici:dicēdū ꝙ non est verum.Quāuis
enim illud gaudiū mereri proprie nō debēt dici.cuꝫ non
sint viatores:tamē acquirūt illud ex vtute beatitudinis:
vt puto apprehēsoris.Et pōt dici ꝙ Hugo accipit ibi me/
rituꝫ large pro eo ad qđ sequitur augmētū gaudij in bea/
titudine.ratione eniꝫ huius incremēti dicit Dionysius.ꝙ
vnaqueqꝫ hierarchia ꝓficit in diuinis suis laudationibꝰ.
prout patet per eūdē Hugonē in principio huius auctori/
Ad zᵐ tatis quā pro se allegāt. ❡ Ad zᵐ dicendū.ꝙ lꝫ diabolus
nos tētando peccet:hoc nō est ideo qꝛ ad bonuꝫ nostrum
nos excitet:⁊ sic nobis (lꝫ inuitus) ministret. sed hoc est
ad suam peruersam intētionē.nō enim intendit exercere
sed precipitare.Fur enim nō venit nisi vt furetur ⁊ ma/
Joā.io. ctet ⁊ prodat.sicut dicit̄ in Joanne.Et q̄uis angelus nos
custodiens habeat intētionē bonā seu rectā:propter quaꝫ
gaudiū accidentale acquirit ex virtute beatitudinis. non
tamē dici debet ꝙ illud mereat̄:cum nō sit in statu me/
Ad 3ᵐ rendi siue viatoris. ❡ Ad 3ᵐ dicēdum.ꝙ placet nobis si/
cut ⁊ ipsis.ꝙ oēs angeli de ꝯuersione peccatoꝝ gaudeāt.
qꝛ tamē illud gaudiū non merētur.seu ex virtute sue bea
titudinis acquirūt. Hinc est ꝙ in illis est istud maius qui
plus habēt de beatitudine vt in supioribus assistentibus:
prout isti fatētur soluēdo obiectū scđm quod certe neces
se est ponere.qꝛ quicqd habetur cōiter a superiore ⁊ infe
riore nobiliori mō est in supiore q̄ꝫ in iferiore:siue sit gra/
dus nature:siue gratie vel glorie. Primuꝫ patet. Natura
enim intellectualis que cōiter habetur ab angelo supio/
re ⁊ inferiore:nobiliori modo est in supiori q̄ꝫ in inferio/
re.Secūdū similiter patet quo ad gratiā ⁊ gloriaꝫ essen/
tialem in eisdem.qꝛ (prout patuit supra) qui meliora ha
bent naturalia plus habēt de gratia ⁊ gloria. Nec pōt di/
ci ꝙ hoc solū verum est quo ad gloriā essentialem nō ac/
cidentalē.Aureola enim martyrij:que est premiū accidē
tale.⁊ cōmuniter habetur ab omnibus martyribus:in il/
lis vtiqꝫ est nobiliori modo qui habēt plus de gloria es/
sentiali.❡ De obiectionibus autē illis quas faciunt sibi
⁊ eorūdem solutione apparēti:ꝯm ipsos pertranseo .qꝛ ni/
hil est ibi de quo est curādum.❡ Qꝛ vō nitūtur pbare ꝙ
angeli nobis ministrādo non merēātur premium substā/
tiale pro Thoma est. Ipse eniꝫ dicit ꝙ cuꝫ sint plene bea/
ti ⁊ cōprehensores:nō sunt iam in statu merēdi suaꝫ bea/
titudinem:nec viatores.vnde illi quo ad suū propositum
laborauerūt inuanum.Et quādo concludūt in fine.si nō
merētur gaudium essentiale.ergo merētur gaudiuꝫ acci/
dentale. Planū est pueris ꝙ peccant ꝯm cōsequēs.ex ne/
gatiua enim nō infertur affirmatiua. Ipsi enim nec me/
rentur modo vnū gaudiū nec aliud:sed prout dictum est
accidētale ex virtute beatitudinis acquirūt : lꝫ illud pro/
prie non dicatur mereri:cum non sint viatores.

Articulus

Articulus vigesimustertius. Iteꝫ.q.
lxiij.ar.vi.vbi queritur:an
aliqua fuerit mora inter creationē ⁊ lapsuꝫ.
in respōsione pricipali dicit Thomas ꝙ ma
gis est cōsonuꝫ dictis sanctorū.ꝙ statiꝫ post
primum instās sue creationis diabolus peccauit.Et dicit
ꝙ necesse est hoc dicere si in p̄mo instanti sue creationis
prorupit in actū liberi arbitrij.⁊ fuerit creatus in gratia i
vt diximus.cū eniꝫ angeli per actū vnū meritoriū perue
niant ad beatitudinē:vt.s̄.dictū est:si diabolus in primo
instāti sue creationis in gratia meruit statim post primuꝫ
instās beatitudineꝫ accepisset:nisi stati impedimētū pre/
stitisset peccādo.Et idē in respōsione.4ⁱ.argⁱⁱ.dicit.ꝙ in
ter quelibet duo instātia est mediū tēpus:veritatē habet
inquātū est continuū.Sed in angelo qui nō est subditus
motui celesti.qui primo mensuratur per tempus conti/
nuum.tempus accipitur pro ipsa successione operationū
intellectus vel affectus.

Corruptorium.

Corruptorium. ❡ Hec positio videt̄ cōtine
re duo falsa ad minus: p̄ter/
misso absqꝫ calūnia hoc ꝙ dicit.ꝙ angelus cōditus fuit
in gratia.⁊ in p̄mo instanti sue creationis meruit:qꝛ hᷣ te/
nuerūt aliqui antiq:lꝫ modo nō teneat̄ a magistris. vnuꝫ
est.ꝙ si angeli mali nō peccassent:statiꝫ in proximo instā
ti post p̄mū instās sue creationis beatitudinē accepissent
quā meruerūt in p̄ istāti sue creatiōis.aliud ꝯtinet positio
ꝑdicta.qđ videt̄ ꝯtraꝫ doctrine sanctoꝝ ⁊ phoꝝ.s.ꝙ du
plex sit tēpus.s.vnū cōtinuū.inter cuius quelibet duo in/
stātia cadit tēpus mediū.aliud discōtinuum.inter cuius
instantia nō cadit tēpus mediū. Primū.s.ꝙ angeli mali i
in primo instāti sue creationis percepissent beatitudineꝫ
quā in primo meruerūt si nō peccassent in scđo.videt̄ fal
sum.qꝛ bene ponit̄ ꝙ idē est tēpus merēdi ⁊ demerendi.
sed nullo modo ponit̄:ꝙ idē est tēpus merendi ⁊ demerē
di ⁊ recipiēdi:sed statim incipiēte tēpore recipiēdi cessat
tēpus merēdi ⁊ demerēdi.alioquin possent gloria ⁊ pena
augeri in infinitū.ergo si proximū instās post instans sue
creationis fuit instās recipiendi beatitudinē:nō potuerūt
mereri beatitudinē.nec peccare ⁊ ipedire beatitudinem:
vel in beatitudinis debite receptione. ❡ P̄.hoc qđ ponit
predicta positio de duplici tēpore videt̄ esse ꝯtra sanctos z
⁊ phos.Anselꝰ eni dicit in liᵒ suo de veritate.ꝙ vnū ⁊ idē
est tēpus oīum eoꝝ que simul sunt in eodē tēpore.Et Au
gusᵗⁿᵘˢ liᵒ 5ᵒ super Gen̄.ad lr̄am dicit de tēpore.ꝙ vnū ⁊ ideꝫ
sit qđ seqtur motū corporalē ⁊ spiritualē:dicēs. si motus
esset nullus spūalis vel corporalis nature nullū esset tem
pus.potius ergo tēpus a creatura q̄ꝫ creatura cepit a tēpo
re.Et per intētionē phi.iiij.phic.c.de tēpore.satis ostēdi/ t.2ᵐ 96
tur.ꝙ nō sit nisi vnū tēpus ⁊ illud est ꝯtinuum. Et illud
idem mēsuratur motu anime.Dicit eniꝫ sic. Si nos non
fuerimus

fuerimus trāsmutati in nostra mēte: aut si fuerim⁹ & non
t.c^m.98. perceperimus: nō reputamus tēpus esse factū. Et parum infra. Simul inquit sentimus & tempus & motū. quoniā si fuerimus in studio. & nihil accidat corporibus nostris. sed in anima nostra acciderit aliquis motus fieri. & simul cōstituimus aliqđ tēpus fieri: reputabimus aliquē motū fieri. ex quo sequitur q tēpus est motus vel aliquid mot⁹. hec sunt verba phi de verbo ad verbū. Ex quo satis manifeste patet q tēpus de quo ipse tractat mēsurat & sequitur motū anime. Qđ autē ipsuz idē sit cōtinuuz: patet per
t.c^m.99. ipsum ibidē. naz in proxima particula subiūgit. Et motus etiā est cōtinuus. & qz motus est cōtinuus tempus est continuum. Hec sunt verba phi. Ex quo manifeste patet fm intētionē suam. q nō est tempus nisi cōtinuuz. & q illud mēsurat & cōsequitur motū anime: sicut & rerum corporalium in nobis. Et in predicamētis vbi agit de quantitate cōtinua & discreta: ostēdit q tēpus est continuuz. & de nullo alio tēpore facit mentionē. ex quo signū accipimus. q non sit aliud tempus. Et ibidē dicit Simplicius in cōmēto. videtur tēpus continuuz proprijssime. aliorum eniz cōtinuorum vnūquodqz diuiditur vtiqz. tempus autez semper continuum. & nunqz de tangentibus est.

Responsio ad hec scdm Thomā.

¶ Qđ in primis dicūt q antiqui tenuerūt angelos in gratia fuisse creatos verum dicūt. Quia beatus Augustinus antiquoz omniuz excellentissimus doctor. hoc ipsuz docet in locis multis. ¶ Qđ vo dicunt secūdo. q modo hoc nō tenetur a magistris: nō dicunt verum. Magistri eniz magis approbāt doctrinā beati Augustini. sequētes hoc ponunt cōcorditer. Illa vo duo que dicunt esse falsa: satis patent intelligētibus esse vera. & per omnia doctrine sanctorū consona. Primū patet per Augustinū super Genesim ad litteram. & de ciui. dei. Vult enim beatus Augustinus vtrobiqz. q diabolus statim cecidit post suam creationem. qz videlz in veritate nō stetit. si enim illo instanti in gratia sibi collata: & per consequēs in veritate stetisset
Act. 10. vna etiā cū alijs in illo instāti beatitudinē accepisset. non
Ad p^m eniz est psonarū acceptor deus. ¶ Qđ vo cōtra istud primum obijciūt. q incipiēte tēpore recipiendi cessat tēpus merēdi vel demerēdi: est directe cōtra ipsos quo ad hoc qđ dixerūt de merito angelorū primo arti^o. In nullo vo est cōtra Thomā. Dicēduz enim fm ipsuz est. q ānis in eodē instāti nō posset vnus & idē mereri & demereri. & recipere. cū in illo eodem instāti quo vnus qui impedimentum nō prebet recipit & alius potest impedimētū prebere
Ad 2^m demerendo ne recipiat. sic cōtingit in proposito. Vñ planuz est q illud argumētuz non procedit. ¶ Qđ vo cōtra scdm obijciūt: volētes probare per sanctos & phos vnuz esse omniū tēpus cōtinens. Manifestū est satis intelligētibus esse friuolū. tēpus enim cōtinuuz impossibile est vt mēsurā actus simplicis idiuisibilis cuiusmodi est operatio intellectus & affectus in angelis. ¶ Qđ vo dicunt fm Anselmū. q vnū est tēpus omniū que in eodē tēpore simul sunt: visuz est tanqz in ppria mēsura cuiusmodi sunt corruptibilia solū. Operatio autē taz angelica qz diuina: que idem tēpus cōcomitātur: aliquo tēpore nō mensurantur: sed dei operatio mēsuratur eternitate. Operatio vo angelica interior mēsuratur tēpore alio: nō cōtinuo: cū nullā habeat cōtinuitatē. ¶ Auctoritas aūt Aug^ni in nullo est pro eis. Si eni nullus esset motus spūalis nec corporalis creature: nec cōtinuus nec nō cōtinuus: tunc nullū esset tēpus cōtinuum vel non cōtinuuz mēsurans hunc vel illū. hoc
n. d. tpe concedimus. nec plus potest haberi ex verbis Augustini. Illud etiā qđ accipiunt de pho nihil facit pro eis. planuz est eniz q vt naturalis phs. iiij. phicoz nō habuit de alio tēpore qz de tēpore cōtinuo motū consequente determinare. Nec tēpus nō cōtinuū quod est mēsura actuū simplicium in substātijs separatis debebat in predicamētis explicare pueris. Signū ergo qđ accipiūt nullum est. Qđ phs insinuat q tēpus de quo determinat. iiij. physicoz mensurat motus anime nre pcedi debet. & hoc. qz motus anime nostre rōne corporis cōueniunt in cōtinuitate cum motibus corpoz per se: vel ad minus per accidens. Planum enim est q potētie organice ipsius anime habent in operādo actuz sine motum cōtinuum: vtpote materialē. Actus vo potētie intellectiue: lz sit in se simplex & imaterialis: tñ non est oino sine illis inferioribus materialib⁹. qz nō est sine phātasmate. & per pñs est cū cōtinuo & tpe fz phm. iij. de aia. Secus est oino de actu & operatiōe oino simplici & indiuisibili in subās sepatis. Cōmen. vo simpliciter loqtur de tēpore continuo quod mēsurat motum. de quo agit in predicamētis. vt patet intuēti.
t.c^m.96. t.c^m.39.

Articulus vigesimusquartus.

Itez. q. xiiij. ar. 4. in rñsiōe pncipali dicit. q vis appetitiua in oib⁹ pportionat appħēsioni a q mouet: sic mobile a motore.

Corruptorium.

¶ Si per h intelligit q vis appetitiua nihil appetit vel refugit: nisi qđ vis appħēsiua sibi correspōdēs prius apprehenderit & sibi ostenderit: verus est qđ dicit fm sanctos & phos. si aūt velit dicere. q vis apprehēsiua in oib⁹ determinat appetitū ad vnū necessitando ipsum. error est cōdēnatus Parisius publice. qz nec vis apprehēsiua sensitiua: nec rōnalis determinat ipsaz volūtatez vel necessitat volūtatē ad vnū. iō pus qz ratio ondērit & indicauerit de duob⁹ alteȝ esse tm̄ volendū: volūtas manet libera: vt illo dimisso velit oppositū. & iō positio hec cauēda est.

Responsio ad hoc scdm Thomā.

¶ Qm̄ Thomas intēdit q vis apprehensiua mouet appetitū primo modo & nō secūdo & quātum ad appetitum intellectiuuz: prout patet ex ei⁹ doctrina vbiqz. & sic vt isti fatētur verum est fm sanctos & phos. Planum est q iste modus ponendi non est cauēdus: sz reuera sermo verus & omni acceptione dignus.
i. Thi. p

Articulus vigesimusquintus.

Itez. q. eadē & arti. eo. in rñsiōe pncipali assignās causas obstinationis in demonibus dicit. q differt apprehēsio hois ab apprehēsione angeli in qtum angelus apprehēdit per intellectū imobiliter sicut & nos per intellectū apprehēdimus prima pncipia quoz est intellectus. Homo vo per rōnem mobiliter apprehēdit discurrendo ab vno in aliud habēs viā procedēdi ad vtrūqz oppositoz. vnde & volūtas hominis adheret alicui mobiliter. i. potens ab eo recedere & cōtrario adherere. Volūtas autē angeli fixe & imobiliter. & ideo si cōsideretur ante adhesionē pōt libere adherere huic & eius opposito in his. s. que nō naturaliter vult. sed postqz adhesit imobiliter adheret.

Corruptorium.

¶ Ex his patet q ipse ponit angelos & adherere & apprehēdere & imobiliter velle: & hoc esse causam obstinatiōis maloz & confirmationis bonoz. vt patet in fine respōsionis huius. ¶ Hec ratio & positio videt fauere errori sepcto de angelis: qui est. q in substātijs separatis nō est possibilis trāsmutatio. nec sunt in potētia ad aliud. Si eni volūtas & apprehēsio angeloz imobilis fuerit cū rectitudine in qua creati fuerunt. nunqz fm volūtatem & rationes moti fuissent ab illa rectitudine quā habuerunt in primo

instāti sue creationis. ⁊ si nunq̄ moti fuissent nunq̄ pec-
cassent: quod ꝯstat esse falsum. ergo positio de qua sequi-
2 tur. ¶ P̄. hoc est cōtra Gregoriū. v. moralium. lxiij. c. qui
dicit. Si angelorū substātia a mutabilitatis natura fuis-
set aliena vnde a cōditione cōdita: nunq̄ reprobus spiri-
tus a beatitudinis sue arce cecidisset. vnde deus oīpotens
naturā sūmoꝝ spirituum bonā sed mutabilē condidit. vt
qui permanere nollēt ruerent. ⁊ qui in cōditione persiste-
rent: tāto in ea dignius quāto arbitrio starent: ⁊ eo maio-
ris meriti fierent apud deum: quo mutabilitatis sue mo-
tum voluntatis statione fixissent. Ex his patet ꝙ causa
obstinationis angeloruꝫ non fuit imutabiliter intelligere
vel velle. neq̄ etiam ꝯfirmationis: sed voluntas ruendi
vel standi libera: que extra statum libertatis ⁊ merendi
se libere posuit.

Respōsio ad hec scđm Thomā.

Ad pm ¶ Quādo dicunt per verba Thome. Ex his patet ꝙ ipse
ponit angelos ⁊ adherere ⁊ apprehēdere ⁊ imobiliter vel-
le. imponētes Thome ꝙ ponat in angelis omnimodam
imutabilitateꝫ. planū est ꝙ non intellexerūt eum: vel in-
telligere noluerunt: q2 nunq̄ hic vel alibi hoc posuit. sed
potius eius oppositū. sicut patet in prima pte. q. ix. arti. ij.
Ipse enim ponit successionē in actu apprehēsionis ⁊ affe-
ctionis in angelis quā vocat tempus nō continuum sicut
patuit supra. qđ non est sine mutabilitate. Dicit enim in
ista respōsione. sm̄ ꝙ dici solet. ꝙ liberū arbitriuꝫ homi-
nis est flexibile ante electionem ⁊ post. liberum vo arbi-
triuꝫ angeli est flexibile ante electionē sed nō post. Certe
si angelus esset oīno imutabilis. nullo modo eius volun-
tas esset flexibilis. ⁊ sic patet ꝙ ista positio non fauet illi
errori. qui est ꝙ in angelis nō est trāsmutatio. ꝓut voluit
Ad 2m obiectio prima. Nec est cōtra Gregoriuꝫ. qui ponit in an-
gelis mutabilitatē: vt voluit obiectio secūda. Dicitur au-
tem angelus imobiliter apprehēdere: nō q2 imutabiliter
stet semp in vnius rei apprehēsione. sed q2 nō apprehēdit
mouēdo seu discurrēdo ab vno in aliud: sicut dicit Tho-
mas. Silr̄ dicitur imobiliter velle. nō q2 imutabiliter ac
semp actu velit vnū ⁊ idem. Sed q2 sua volūtas est infle-
xibilis post electionē. nec vnq̄ extūc potest velle eius op-
positum. pōt tn̄ volūtatē ad alia ⁊ alia conuertere vna af-
fectiōe in ipso alteri succedēte. quod nō fieret nisi muta-
bilis foret. ¶ Ex his patet ꝙ ex falso intellectu non dico
malo processit. qđ isti correctores vel corruptores dicunt
Thomā in ista positione imutabilitateꝫ in angelis posuis-
se. ¶ Posset cōtra Thomam in proposito sic argui. Ipse
enim dicit in respōsione vltimi argumēti imediate prece-
dentis articuli. ꝙ omnes angeli in gratia creati in primo
instāti meruerunt. Sed quidā statim impedimentuꝫ sue
beatitudis ꝓstiterūt ꝓcedēs meritū mortificātes: ⁊ iđ bea
titudine caruerūt. verba sua sunt: si in primo instanti me
ruerunt: videt̄ ꝙ in illo primo instanti se ⁊ omnia sua in
deū ordinauerūt. eligētes sub deo esse: ⁊ sibi finaliter ad-
herere. Si ergo eoꝝ voluntas post primaꝫ apprehēsionē
intellectualē ⁊ electionem ipsam cōsequētem est inflexi-
bilis: vt videt̄ sm̄ Thomaꝫ: seqtur ꝙ nullus eoꝝ post pri-
muꝫ instās potuit ad aliud flecti vel peccare: cuius oppo-
situꝫ patuit in demonibus. ¶ Ad h̄ potest dici. ꝙ postea
nō sunt flexi ad volēdū aliud q̄ illud qđ prius principali
ter volebāt. Sed q2 tūc erant facti impeccabiles per glo-
riam: flexibiles fuerūt ad volēduꝫ id quod prius sed alio
modo q̄ prius. Qui igitur primū modū non dimiserunt:
firmati sunt in bono. nō virtute sue nature: sed per virtu-
tem glorie facti: vt imutabiliter illum modum tenerent
amantes. s. seipsos. ⁊ omnia alia eo modo quo prius pro-
pter deum. Sed alij aliū modꝫ amandi elegerūt amā-
do omnia propter seipsos finaliter. ⁊ ideo rectū ordinem
⁊ verū dimiserunt ⁊ per cōsequens a veritate impedimē-
tum sue beatitudinis prestando ceciderunt. ⁊ hoc statim
vt dictum est supra.

Articulus vigesimusseptimus. Item. q. lxiiij. ar. vlt. in responsione
principali dicit. ꝙ duplex est locus penalis
demonibus. vnus rōne culpe. ⁊ iste est infer-
nus. alius ratione exercitationis humane na-
ture. ⁊ hic est iste aer caliginosus. Et parū post in respōsio-
ne primi argumenti dicit. ꝙ locus non est penalis angelo
vel anime quasi afficiens alterādo naturam: sed afficiēs
contristando voluntatem: duꝫ anima vel angelus appre
hendit se esse in loco non conuenienti.

Corruptorium. ¶ Hoc videtur erroneuꝫ. q2
sm̄ eandem rationē si demō
vel anima digne punitione esset in paradiso. ⁊ appreheu- 1
deret nō esse conuenietē locū sue nature. ꝙ etiam pati de-
beret. q2 Paradisus non est locus conueniēs dispositioni
volūtatis demonū. Ita Paradisus esset locus penalis de
monibus: ⁊ aiabus separatis malis sicut infernus. ¶ P̄.
predicta positio innuit plane. ꝙ demōnes ⁊ anime nō pu- 2
niantur in inferno nisi intelligibiliter vel imaginarie vel
phantastice ⁊ non vere. quod est contra Augm de fide ad
Petrū. c. penultimo. qui dicit sempiterna ⁊ imutabili ꝑ-
lata sententia. Iniqui oēs ibunt in combustionē eternaꝫ:
iusti in vitam eternam. Iniqui arsuri semp̄ cuꝫ diabo-
lo. iusti vo regnaturi sunt sine fine cum Christo. Et Augo
xi. de ciui. dei. c. iiij. Cur non dicemus q̄uis miris: veris ta-
mē modis spiritus icorporales pena affligi corporea. nā
si tn̄ affligerentur imaginaria vel quacūq̄ apprehensio-
ne alia: tunc nō diceretur miris modis. ¶ P̄. si solum af-
fligitur anima vel angelus ex hoc ꝙ locus inferni appre- 3
hensus est inconueniēs voluntati: cuꝫ nihil sit contrariuꝫ
vel nō incōueniens voluntari: nisi propter incōmodita-
tem vel iniustitiā: sicut dicit Hugo libro primo de sacra-
mentis. parte. v. c. 2o. ¶ Et idem vult Anselmus de casu
diaboli. c. v. Et idē dicit de concordia predestinationis ⁊
presciētie. cōstat ꝙ anima vel demon non iudicat locum
inferni non cōueniētem vel penalem. q2 cōtrarius est sue
voluntati propter iniustitiā. tamen q2 infernus nō appre-
henditur ab eo vt causa vel occasio iniustitie. restat tunc
ꝙ iudicet cōtrarium sue volūtati propter incōmoditatē
vel nocumētū. aut igitur ignis inferni vel locus ille est no
ciuus ⁊ incōmodus vere affligens: sicut alia solēt affligere. ⁊ sic habeo propositū. s. ꝙ positio Thome est falsa. aut
imaginarie vel phātastice. ⁊ sic nō vere punitur. qđ est cō-
tra auctoritatē Augni prehabitā ⁊ ꝯtra euāgeliū Matth.
23o. Ite maledicti ⁊c. qui ignis nō extinguetur: sicut habe
tur in codē. ⁊ in Isaia vltimo. Cōstat aūt ꝙ deus cōmina
tur punitionē vere ⁊ nō phātastice. ¶ P̄. nō est credibile
ꝙ hi qui in alijs subtilissimi sunt ⁊ acutissimi. in hoc solū 4
sint decepti. ꝙ putāt se affligi ab igne a quo non pnt̄ pati.
Unde hec positio videtur fauere errori alš ꝯdēnato Pa-
risius a dn̄o Stephano Parisiensi epo. qui. est. ꝙ anima
separata post mortem non affligitur. nec patitur ab igne
corporeo.

Respōsio ad hec scđm Thomā.

¶ Sciendū ꝙ prout docet Thomas in isto articulo. ꝙ
locus corporalis quicūq̄: etiā Paradisus. si apprehenda-
tur ab angelo vel anima separata vt nō ꝯueniens sue na-
ture. ⁊ in quo diuina virtute necesse habet eternaliter alli
gari ⁊ detineri: ⁊ ꝫ ad tempus sit alibi: nō in phātasticā sed
in

ni verissimā penam cedit illi. ꝛ quāto locus magis discōueniēs est ꝛ deformior: tanto pena maior. Unde qꝛ infernus est locus maxime deformitatis. ꝛ per cōsequens maxime disconueniens nobilitati intellectualis nāe. Hinc est ꝙ demones ꝛ anime scientes se inuitos eternaliter alligatos in illo detineri summe affliguntur: lꝫ ad tempus
Ad pm sint alibi. ❡ Ex his patet responsio ad pmū: qꝛ nō est incōueniens ꝓcedere paradisum si nō cōueniens sit nature intellectuali: ꝙ demones vel anime ibidē inuite detenti possunt affligi. lꝫ minus forsan ꝗ̄ si essent deputati loco
Ad 2m viliori. ❡ Ad scdm dicendum. Augustinus nō ponit combustionem vel ardorem talem in spiritibus separatis ꝙ sit corporeus. Hoc enim nō est intelligibile: cū sint incorporei. sed vocat combustionē vel ardorē eorū in corpore ignis. qd est talis nature detentionem ꝛ sensus tactus incorporeus damnatoꝝ ab huiusmodi calore immutationem. Qd autem dicit ibidem Augustinus de ciuitate dei Miris tamen veris modis affligi spiritus incorporeos pena corporali: nō est contra predicta. Mirum enim est ꝛ diuine virtuti attribuendū. ꝙ spiritus incorporei ad suā penam maximā atqꝫ verissimā: sic possint in corpore aliquo detineri. vnde illud positioni eorum in nullo seruit. cum nō ponatur ista pena eorū phantastica. i. apparens. ꝛ nō existens: sed vt dictum est veraciter affligens. ❡ Ad 3m dicendū. ꝙ locus iste cōtrarius est voluntati ꝓpter incōmoditatē ex predicta detentione ac incarceratione proueniens. Est enim locus ille afficiens nō quasi alterando naturā: sed put dicit Thomas afficiens cōtristando volū
mat. 25. tatem ſm modum predictum. Hoc quoqꝫ nō est contra-
Isa. 66. rium dictis euangelicis: Ite maledicti ꝛc. Nec ꝓpheticis: Ignis eoꝝ nō extinguetur. sed per omnia vt ex dictis patet eisdem consonat. In hoc autē fuerunt isti decepti. ꝙ nō putabant spiritus incorporeos posse affligi ab igne veraciter: nisi eorum natura per ignis actionem est alterata. qd falsum est. Non enim affliguntur ab igne per virtutem nature ignis. sed prout ille ignis est instrumentū diuine iustitie illos spiritus superbos cōtra suam voluntatē detinēs. qui nolebant deo creatori se subycere. Unde sub
Ad 4m iecti sunt vel per hoc velint nolint infime creature. ❡ Ad 4m dicendū. ꝙ isti in hoc argumento sicut in oībus alijs supponunt falsum: scilicet ꝙ Thomas posuit istam penā nō esse veram sed phantasticam. Illud autē nō est verū: vt ipsum intuenti patet per predicta. ergo nō sunt in hoc decepti ꝙ putant se affligi cum nō affligantur. vere enim affliguntur.

Articulus vigesimusseptimus. Item questione. lxvi. articulo pͥ. in responsione. q. dicit. ꝙ impossibile est dicere ꝙ informitas materie tempore precesserit formationem eius. Ex quo sequitur ꝙ a pncipio nō fuit confusio quā antiqui volebant esse chaos. Secundo dicit sic. Si materia informis precessit duratione. ergo erat in actu. hoc enim importat duratio. creationis enim terminus est ens actu. Ipsum autem qd est actu est forma. Dicere ergo materiā precedere sine forma: est dicere ens actu sine actu. quod importat contradictionem. Item addit ibidem. Si essent plures forme substātiales in materia: posterior esset accidentalis. ꝛ generatio esset alteratio.

Corruptorium. ❡ Hec positio derogat omni potentie diuine: quia lꝫ accidens depēdeat a subiecto plus ꝗ̄ materia a forma. tamē potest facere accidens sine subiecto. ꝛ facit in sacramento altaris. ꝛ ideo potest dare materie esse actu sine forma. lꝫ hoc a principio non fecerit: qd sciatur. vnde omnes magistri concordauerunt nuper. ꝙ erroneū est dicere ꝙ deus non possit dare esse actu materie sine forma. ❡ Ad pmū in contrarium dici potest. ꝙ lꝫ sit impossibile ipsi materie vel operationi eius: vel causis inferioribus. ꝙ precesserit confusio vel chaos. vel materia sine forma. non tamen fuit impossibile omnipotentie diuine vel causis superioribus. ❡ Ad secundum dicendum. ꝙ non est hic contradictio. Materia enim comparatur ad formam vt a quo potest recipere esse tale. Et comparatur ad suum artificem vt a quo accipit suā essentiam aliam ab essentia forme. cuius essentia non dependet a forma sed a suo creatore. Dico ergo ꝙ si deus daret materie esse actu idem numero qd daret hec forma signata sine vlla forma: tunc esset implicatio contradictionis: sicut si daret parieti esse albū sine albedine. hoc enim esse non potest: si tamen essentie materie que nō dependet a sua forma: sed a suo creatore daret esse actu sine forma: nulla esset contradictio. ❡ Speciāliter potest dici ad illud. ꝙ implicatio contradictionis in aliqua materia potest intelligi dupliciter. vel simpliciter ad omne tempus: sicut Sortem currentem non moueri. Alio modo intelligitur implicatio contradictionis vt nūc ſm statum ꝛ cursum nature qui nūc est in rebus. Isto mō enim dicere asinum immortalem implicat contradictionem. ꝛ illud qd sic implicat contradictionem potest deus facere. nō ꝙ simul faciat contradictoria: sed mutando naturalem cursum ꝛ dando alium. vt si faceret asinum immortalem. qd nullus auderet dicere deum nō posse facere. ❡ Quod si dicas. Non habet ideam distinctam. ergo nec essentiam ab esse forme distinctam. hoc est falsum. immo si non haberet ideam in deo distinctam: non esset ab eo: ꝛ sic esset ponere duo principia: qd est nephariū dicere. ❡ Qd autem dicit ꝙ forma est actus. verū est: sed nō omnis actus. Potest enī deus dare esse actu essentie materie sine actu forme. ly forma enim ꝛ ly actus equiocātur: cum dico ꝙ forma est actus. ꝛ ꝙ esse est actus: forma enī est actus vt habitus. esse vō est actus vt actus. ❡ Ad tertium dicendum. ꝙ habet pro inconuenienti posse plures formas substantiales esse in materia. Dicendū ꝙ nō est inconueniens. quia in veritate plures sunt. vnde positio sua qua negatur gradus formarum: ponens tm̄ vnam formā est a magistris vt erronea reprobata propter plures hereses inde sequentes: vt infra patebit. articulo. xxxi. ꝛ. xxxv. Nec ratio sua cogit qua dicit. Si essent plures forme posterior esset accidentalis. Hec enim consequentia non tenet nisi de illis que adueniunt forme substantiali cōstituenti esse completum.

Responsio ad hec scdm Thomā.

❡ Supra. q. iiij. dictum est ꝙ sufficit ad predictorū dissolutiones. Qꝛ enim actus qui est vnius potentie ꝓprius fiat actus potentie alterius: vt videre: qui est actus potentie visiue fiat actus potentie auditiue omnino includit contradictionem. Actus autem proprius materie est forma. esse vō quod est actus entis est actus vel perfectio forme vel quidditatis composite formā habentis tanꝗ̄ proprie potentie. Unde ponere ipsum esse actum solius materie: est ponere ipsum esse actum alterius potentie ꝗ̄ illius cuius est actus. ꝛ includit contradictionem. ❡ Et
per hoc patet ad primum. Accidentia enim quia sunt formae: ꝛ esse vt dictum est: est actus forme vel formam habentis. hinc est ꝙ esse pōt ipsis accidētibus diuina virtute sine subiecto a quo nāliter dependent cōcreari. hoc tm̄ nō pōt cōcreari mā̄e. lꝫ dicāt ꝙ accidentia plus dependeāt a subiecto ꝗ̄ materia a forma. Et qꝛ materia nō est potētia ꝓpria cuius actus imediatus est esse. forma vō accidē Ad pm

talis inq̄tū forma est potētia ꝓpria: cuius actus ⁊ ꝑfectio
est esse actu. Inq̄tū vō accidētalis nō habet nec per nām
pōt habere esse sine subiecto. Qualiter tñ pōt esse sine sub
iecto per diuinā v̄tutē in sacramēto altaris optime decla
rat Thomas in vltima pte sum. q. lxxvij. arti. ij. in respon
sione principali. qr videlicet quātitas dimensiua includit
in se rōnē indiuiduationis. ꝓbaſ ꝙ alia accidentia cōse
quentia poterunt mediāte ipsa ꝑticipare esse indiuiduale
⁊ per se subsistere sine substātia suppositate. ⁊ hoc diuina
v̄tute vt dictū est ⁊ declaraſ ibidē. ¶ Qd̄ dicunt ꝙ oēs
magistri nuper cōcordauerunt. ꝙ erroneum est dicere. ꝙ
deus non pōt dare esse actu materie sine forma: nō recipi
mus sine testimonio. cum sciamus ꝙ maiores naturam
materie ⁊ forme ẜm ph̄os rectius intelligentes oppositū
sentiant. Nec hoc derogat potentie diuine. Nihil eniꝫ qd̄
includit ꝯtradictionē potest habere rōnem factibilis siue
producibilis a deo. ¶ Hoc ergo qd̄ dicunt respondendo
ad primū argumentū. ꝙ materiā esse sine forma est possi
bile causis superioribus: manifeste falsuꝫ est. cū hoc inclu
dat cōtradictionē: vt sepe dictū est. ¶ Et qd̄ dicunt ad se
intelligēti) ponit in hoc istā similitudinē. q sicut in figu ris angularibus posterior semp icludit in se priorē cū ad ditione. Silr forma subalis pfectior in se habet include re et includit pfectionē impfectioris forme et addit super ipsaꝫ. ¶ Qđ tādē dicūt ad sextū. q forme pcedētes dant esse qđ cōpletur per esse. qđ daᵗ a forma vltima. Et iō in aduētu forme vltime est generatio vera: stare nō potest. Prime eni forme cū sint substātiales dāt actu esse suba le qđ est per se subsistere. Forma igiᵗ vltima que pfectior est dabit esse non minus perfectū. et per ɔñs sicut est alia forma subalis a priore ipsa perfectior: ita dabit aliud esse substātiale siue aliū actū essendi siue subsistēdi perfectio rem. Ex quo seqtur q in illa vna re cuius sunt iste forme sunt due existētie vel duo actus essendi vel subsistēdi. qđ est impossibile. Esse eniꝫ est ipsa actualitas qdditatis vel nature cuius est. Unaqueqꝫ aūt qdditas natura cōpleta actualitate sibi ppria eoipso distinguiᵗ ab omni alia. Or ergo sint due nature vel qdditates habētes pprias actua litates. et tamē indistincte sint vnā essentiaꝫ cōpositā ɔsti tuentes cōtradictionē includit. Si vo dicaᵗ q forma po sterior nō dat nouū actū subsistēdi: sed complet illud esse habitū per formas precedentes. Ex hoc seqtur q forma posterior erit impfectior et minoris efficacie: q̄ forme pre cedētes. Nulla eniꝫ forma dat esse substātiale siue actuꝫ subsistēdi nisi forma substātialis. et hoc certe rōne perfe ctionis sue nature. Si ergo alia forma substātialis inue niaᵗ que nō dat actuꝫ huiusmodi: illa forma minime vel potius nihil pticipabit de rōne talis pfectionis. Et sic tan deꝫ cū adueniat habēti actum subsistēdi: erit forma non substātialis sed accidētalis. et cū suuꝫ susceptiuuꝫ sit ens actu. et per ɔsequēs mobile: sua inductio erit motus. et nō vera generatio. cuius subiectum est ens in potētia. et ideo nō mobile. ppter qđ ipsa non erit motus sed mutatio su bita fm phm. Multa sunt nimis incōueniētia que ex di ctis istoꝝ possunt cōcludi. vnde quicqd sit de veritate in hac parte īpossibile est oīno per modū quo isti ponūt plu ralitatē formarū substātialiū in eodē sustinere. ergo mo dus alius siquidē possibile est inueniatur. quo inuēto ni hil amplius error aliqs in fide vel phia ex positione illa que ponit vnitatē forme: cōcludi poterit. et hoc ex dicēdis in articulo primo sequēte dño adiuuante patebit.

Articulus Trigesimussecūdus.

Ite ſ q. lxxvi. arti. vij. in responsione. q. dicit. q impossibile est quasdā dispositiones accidentales preexistere in materia ante animaꝫ. vel inter corpus et aīam et quācunqꝫ materiā et formā. qđ patet pmo. qz accidens est posterius

t.c°.4. sterius substātia tēpore ⁊ ratione. vt dicitur in .vij. meta. Nō ergo forma accidētalis aliqua pōt preintelligi in materia ante animā que est forma substātialis. Secūdo hoc patet ex hoc ꝙ cū materia sit in potētia ad oēs actus ordine quodā: oportet ꝙ illud quod est p̄mū in actibus intelligatur primo in materia. Primū autē inter oēs actus est esse. impossibile est ergo prius intelligere materiā quātam ⁊ calidā ꝙ̄ esse in actu. qm̄ actum habet per formā substātialē que facit esse simplr̄ vt dictū est. ⁊ ideo in materia ante formā subalē nulla dispositio precedit.

Corruptorium.

1 ℭ Ex hac positione que sequitur ex precedenti de vnitate forme seqtur vnus alius error. ꝙ. s. filius dei non assumpsit carnē de purissimis sanguinibus beate v̄ginis: quod tamē Damascenus dicit libro .iij. c. ij. ⁊ etiam illud tenet fides: sed potius ex illo sequitur ꝙ accepit materiā primā ⁊ nudam. Ex quo etiā (vt videtur) seqtur peior error. s. ꝙ christus non fuit filius virginis: nec ipsa mater eius: qr non ministrauit carnē vel corpus: sed tm̄ materiam primam: quā si assumpsisset de alia re: nō diceretur propter hoc illius rei filius.

2 ℭ P̄. dicta positio est cōtra ph̄m dicentē in de aīa. ꝙ propria forma habet fieri in ꝑpria materia. nō est autē propria tali materie nisi mediāte dispositione ad talē formā magis ꝙ̄ ad aliā. Unde ēt anima est actus nō materie indispositę: sed corporis physici organici in potētia vitā habentis: que oīa dicūt dispositionem ad aīaz que est forma. ergo falsa est ista positio. tū qr est ꝯtra fidē. tū qr ꝯtra ph̄iam. (t.c°.37. / 2° / 2° de aīa t.c°.6.)

3 ℭ P̄. ꝯstat ꝙ ante infusionē aīe rōnalis est in corpe forma mixti ⁊ qualitatū remissarum ab actibus suis. ⁊ forma ⁊ figura mēbrorū organicorum.

4 ℭ Itē post infusionē aīe sunt hec oīa in corpore similia p̄oribus. ⁊ ꝙ nō sint alia ꝙ̄ p̄us videt̄ per oīmodā silitudinē. qḋ enī per oīa sīle est idē vtiq₃ est. vt dicit Dama. li°. 3°. c. xvi.

ℭ P̄. nunꝙ̄ corrūpitur vnū similiū ad inducendū alia similia. hoc eniz ociosum esset. ergo natura nō corrūpit accidētia precedētia infusionē: ad inducendū alia penitus sīlia post īfusionē. Restat ergo ꝙ sunt eadē accidentia permanētia. Sed precedētia precedebāt aīaz rōnalē in mā. ergo illa ꝯstat ibi esse post īfusionē. ⁊ iḋ media sunt iter animā rōnalē ⁊ mām̄ primā.

ℭ Ad argumēta dicēdū. ꝙ ambo peccāt ꝯ₃ ꝯn̄s. vel procedūt ex suppositione falsa. supponendo enī sicut veritas est. ꝙ in hoīe ⁊ ceteris aīatis sint gradus formaꝝ: manifestū est ꝙ nō sequitur. accidēs est posterius forma subali. ergo est posterius aīa: sed est fallacia ꝯn̄tis. nisi supposito ꝙ in hoīe ⁊ in ceteris aīatis nō sit alia forma p̄ter aīaz: sicut ip̄e opinat̄. S₃ suppositio falsa est ⁊ a magistris Parisius cōdēnata.

ℭ Eodē mō peccat 2ᵐ argumētū. nō enim seqtur esse qḋ est per formā subalē in mā p̄cedit oē accidēs in materia. ergo esse qḋ est per aīam: sed est fallacia ꝯn̄tis: nisi supposito vt p̄us ꝙ in hoīe ⁊ in ceteris aīatis nō sit alia forma p̄ter aīam. qḋ reprobatū est Parisius: sicut dictū est.

Respōsio ad hec scḋm Thomā.

ℭ Ista positio nec est ꝯ̄ fidē: nec ꝯtra ph̄iam si piū habeat inspectorē: modū positionis istius intelligētē. quoniā prout tactū est. s. ar. ꝓximo p̄cedente: dispositiones ⁊ oēs forme accidētales que sunt in aliqua suba: simul inducūtur ab efficiēte in mā cū sua forma substātiali. Contingit ergo accipe ordinē iter formā subalē ⁊ dispositiones accidentales simul in eodē instāti cū ipsa in materia īductas dupliciter: videl₃ q̄tū ad esse vel q̄tū ad fieri. si ergo attēdatur ordo in essendo: sic necesse est dicere. ꝙ iste dispositiones cū sint accn̄tia p̄supponāt ipsam q̄ditatē cōpositam ex materia ⁊ forma in esse ꝯstitutā cui insunt: cū eorum esse sit in esse. Si v̄o attēdat̄ q̄tū ad eoꝝ fieri: sic s₃ modū intelligēdi iste dispōnes accn̄tales precedūt in materia formā subalē: nō quidē duratione: sed sub ista ꝯsideratione qua ꝯsideremus ꝙ forma substātialis inducitur ab agēte in materia per hoc ꝙ iste inducunt̄ ⁊ nō ecōuerso. ⁊ s̄m istū modum nihil ꝓhibet ponere dispōnes istas quasi medias an̄ aīaz ⁊ aliā formā subalē in materia: s̄m ꝙ docet Thomas ꝯtra Gētiles li°. 2°. c. lxx. Uideamus ergo que dicta sunt in exēplo. Ecce ignis agit in aerē ipsum primo alterādo qualitates igneas in ipso inducēs ⁊ p̄mouens. ⁊ qualitates aereas minuens. ⁊ quo ad aliquos gradus corrūpēs. ⁊ per istū modū disponit materiā aeris ad susceptionē forme subalis ignis. tādē in termino istius alterationis qualitates ignis v̄tute ignis agētis intātū intēdūtur: vt per eaꝝ inductionē necessario corrūpatur aeris nature cui repugnāt: ⁊ producat̄ eadē necessitate natura ignis cui in tali gradu cōpetunt. In illo ergo eodē instanti quo alteratio terminat̄ ipsa forma subalis inducit̄. inductis. s. simul cū ipsa illis q̄litatibus igneis in gradu impfectiore in ipso existib⁹ tp̄e toto dū durabat p̄cedēs alteratio. Ex his patet q̄liter ignis inducit formā suā subalē in materia aeris p̄mo inducēdo suas q̄litates sub gradu q̄dā iperfectiore ipso aere manēte ⁊ alteratiōi subiecto. ⁊ tādē in gradu pfecto in ipsius alteratiōis termino aere cui in gradu tale repugnat corrupto ⁊ igne cuius sunt ꝓprietates in illo gradu eodē generato. Q̄tū ergo ad fieri p̄mo op₃ intelligere istas q̄litates dicto mō ante formā subalē in mā inductas pro tāto ꝙ forma subalis inducit̄ per h̄ ꝙ agēs alterādo motu alteratiōis iducit ipsas ⁊ nō ecōuerso: sicut patet ex dictis. Iste aūt q̄litates sic precedētes in ꝓductione ⁊ fieri nec̄cio hn̄t intelligi subsequētes in via eēndi. qr nō pn̄t habere esse nisi per suū subiectū in esse ꝯstitutū: cuius p̄ncipiū est forma subalis. Sicut ergo dicūtur p̄cedere inq̄tum per earū inductionē inducit̄ forma subalis sic ⁊ ꝯsequunt̄ inq̄tū forma subalis est p̄ncipiū eēndi subiecto earūdē. Precedūt g̃ sic dictū ē quo ad fieri. ⁊ sequunt̄ quo ad eē. Ponēdo ergo ꝙ in hoīe nō sit nisi vna forma subalis ipsa. s. aīa intellectiua: sic dicendū est ꝙ virtus formatiua que est in semine deciso a patre: materiā exhibitā a matre in qua est sicut manus figuli in olla s̄m ph̄m: disponit continue ad forme hoīs susceptionē: sicut ignis agētis in aerē disponit illā materiam ad sue forme susceptionē. Disponit aūt virtus illa formatiua materiā illā sub forma existētē sanguinis: inducēdo p̄mo dispositiones ad susceptionē forme hoīs sub gradu impfecto. quas ꝯsequēter ꝯtinue promouet donec in termino illius alteratiōis p̄me inducant̄ dispōnes in gradu tali in quo repugnant nature illi⁹ forme impfectioris que in illo instāti corrūpitur: ⁊ forma nature pfectioris cū dispositionibus illis in gradu tali in eodē instāti inducit̄. Et₃ v̄o ista forma embrionis sit pfectior ꝙ̄ prima ⁊c̄. non tamen est tāte pfectionis ꝙ ꝯstituat naturā humanā in esse. ⁊ ideo virtus formatiua existēs in semine siue in spiritibus illis: nōdū cessat influere agēdo sic in corpus istud generatū. ⁊ inducēdo dispositiones respectu forme hoīs inducēde sub gradu pfectiore. ⁊ in fine istius transmutatiōis secūde inducūtur dispositiones iste in gradu in quo repugnāt nature forme preexistētis que in illo instāti corrūpitur. ⁊ forma hoīs aīa. s. intellectiua in eodē instanti creatur. ⁊ in materia cū istis dispositionibus deo efficiēte ⁊ virtute formatiua disponēte inducit̄. dispositiones eniz inducte cū forma: aīa. s. rōnali a deo creata efficiūtur ⁊ inducūtur ꝓpter dictā virtutē formatiuā. propter qḋ homo semē illud descindens est generās ⁊ pater dicit̄. Sed mulier materiā exhibēs sic dispositam sua vi generatiua vt (2° phys. t.c°.26.)

posset a virtute formatiua moueri dicto modo dicitur ge
nerans et mater. et sic patet quod iste modus ponēdi nō repu
gnat cōsanguinitati vt quidā putāt. ¶ Ad primum argu
Ad p^m mentū dicendū quod beatissima virgo verissime dei mater
dicitur. Ipsa enim exhibuit materiā optime dispositā: de qua
nō per virtutē seminis: sed per virtutē sancti flaminis for
maretur christi corpus de purissimis vtique sanguinib' sui
corporis: vt dicit Dama. Non tn̄ debet dici quod forma san
guinis preexistēs in illa materia in actu remāserit in ipsa
formatione corporis christi: sicut nec forma terre vn̄ for
mabatur corpus Ade: actu remanebat post ipsius forma
tionē. Si aūt christus recepisset carnē de alia re que non
haberet virtutē generatiuā: nō deberet dici filius eius. qr
nō fuisset ab illa regeneratus: sic nec Adā filius terre di
ctus est vel Eua coste. In beata aūt virgine erat virtus ge
neratiua per quā exhibuit materiā preparatā ac disposi
tā vn̄ corpus christi formabatur. Et sicut alie mulieres ex
hibēt materiā dispositā formandā per virtutē seminis vi
ri. sic ipsa per virtutē spiritussancti filiū suū genuit. Vir
tus enim generatiua in muliere: sicut dicit Thomas in vl
tima parte. q. xxxii. articulo vltimo est imperfecta respectu
potētie generatiue: que est in mare. Et sicut in artibus ars
inferior disponit materiā. et ars superior inducit formaz: vt
2º.24. dicitur .ii. physicorum. Ita virtus generatiua femine preparat
materiā: virtus vero maris actiua format materiā prepara
tam. In aliis vtique a beata virgine. in ipsa enim erat virtus
formatiua superior. s. spiritussanctus: formans de materia
preparata quā ipsa exhibuit corpus Christi eodē instāti.
Et prout docet Thomas vbi. s. q. xxxiii. arti. p. 2º et 3º in eo
dem instāti: in quo terminabatur motus localis. per quā il
la materia siue illi purissimi sanguines ad locum genera
tionis sunt delati per virtutē infinitā spiritussancti indu
cebantur in illa materia dispōnes corporis christi in gradu
cōpleto atque perfecto: cū quibus eidē materie simul vniebatur
anima rōnalis creata ab ipsomet deo: et totū sic ineffabi
liter productū a verbo dei in vnitate personali est assum
ptum in illo eodē instāti. propter qd beata virgo cōcepit
tūc hominē simul et deū. In vno enim instāti o beata do
mina in te fuit vnio matris et virginis: in tuo filio dei et ho
minis. ergo doctrina ista huius doctoris egregii nō est fi
dei cōtraria. sed ei' potius per oia luce clarius expositiua.
Ad 2^m ¶ Ad 2^m quod dicit phūs. si intelligatur recte: totum facit
pro ista positione. Forma enim nunquam inducitur nisi in ma
teria disposita. sed dispositiones primo inducte in subiecto
alterationis in gradu imperfecto corrūpūtur in termino il
lius alterationis per corruptionē sui subiecti. qr destructis
In predi- primis substantiis impossibile est aliquid aliorum rema
camēto nere. vt dicit phūs in predicamētis. procedēs enim alteratio
sube. materiā disponēs terminatur ad dispositiones cōpletas
in gradu perfecto: cū quibus noua forma substantialis corru
pta precedēte inducitur: vt sepe dictū est. et iterare nō piget:
Ad 3^m qr istud multū facit ad intelligēdū qd dicitur. ¶ Per idez
patet ad 3^m. Dispositiones enim que precedūt in embrione
ante infusionē anime sunt incōplete. et corrūpūtur cū suo
subiecto inductis cōpletis simul cū infusione anime. qui
bus per mortē corruptis inducūtur alie incōplete cū qui
Ad 4^m bus anima recedēte inducitur alia forma subalis. ¶ Ad
4^m dicēdū quod vnū simile nō inducitur ad corrūpēdū ali
quid simile per se: sed per accidēs bene contingit. verbi gra
tia. In aere enim similis est qualitas et similis quātitas pre
cipue post alterationē ipsius ab agente quātitati et quali
tati in igne existente: ita tn̄ quantitas et qualitas corrūpi
tur per corruptionē aeris igne generato. Simili modo cō
tingit in proposito: sicut satis clarū est ex dictis. per que
multa alia argumenta que fiūt cōtra positionez de vnita

te forme substātialis possunt dissolui. ¶ Plures enim sic i
arguūt. Materia prima primo recipit formā vniuersalez.
et mediāte forma vniuersali recipit alias formas vsque ad
indiuiduales: vt dicit Cōmētator super primo metaphysi 2^m.38.
ce. Ex hoc videtur secundum ipsum quod forma magis vniuersalis et
forma minus vniuersalis sint diuerse secundum rez. ex quo vna
recipitur in materia prius quam alia. et sunt in eodē indiuiduo
simul enim. Petrus est suba vel corpus per formam ma
gis vniuersalē. et homo per formā minus vniuersalē. ergo
in vno indiuiduo sunt plures forme secundum rē diuerse. ¶ Itē 2
actio generātis terminatur ad formā subalē. sed in genera
tione hominis homo est generās. ergo sua actio terminatur ad
aliā formā substātialē. nō ad animā rationalez. qr ipsa a
deo creatur immediate. ergo preter animā rōnalē opz pone
re in homine aliā formā substātialē ad quaz terminetur
actio nature. ¶ Preterea impossibile est aliquod accidēs remane 3
re sine subiecto: a quo et in quo creatur. sed recedēte anima
humana a corpore videmus ad sensum eadem accidētia
manere. puta eādē quātitatē. figurā. grauitatē. sitū partiū
et multa huiusmodi circa qui sensus nō decipitur: cum sint
per se sensibilia. ergo remanet subiectū eorum idē. s. idē cor
pus qd prius. et per cōns eadē forma que prius. nō ergo est
actu corpus in hoie per animā: sed per aliā formaz. ¶ Preterea 4
recedēte aia qd remanet est corpus subsistēs. ergo habet
formā subalem sine qua nihil subsistit. sed nō est ibi (vt
videtur) forma subalis de nouo inducta. qr forma sub
stātialis est terminus generationis ibi. aut non videtur alia
gnōn eē: qr gnō est termin' alterationis. Ex viuo aūt fit mor
tuum sine alteratione precedēte: puta ex vno ictu occidētis
subito. ergo corpus mortuū est subsistens per formā que
prefuit in materia cū aia rōnali. ¶ Preterea materia prolis ex 5
hibetur a matre secundum phm. et aia rōnalis est ab extra a deo
scilz creata. Si ergo in hois suba nihil sit nisi materia pri
ma et aia rōnalis. sequitur quod homo nihil habeat a suo pre.
et per consequēs nō plus attinet sibi quam cuicunque extraneo: qd
est absurdū. ¶ Itē in eodē instāti quo corpus christi in 6
vtero beate virginis formabatur per virtutē sactispūs ani
ma rōnalis a deo creata eidez vniebatur. aut ergo forma
inducta per spiritū sanctū mansit post infusionē aie: et tūc
haberet propositū. qr tūc fuerūt in sua natura humana due
forme subales. et sic pari rōne in quacunque alia: aut forma
illa recessit adueniēte aia. et tūc in eodē instanti quo indu
cebatur remouebatur. et sic per cōsequēs fuit et non fuit. qd
est impossibile et cōtradictionē includit. ¶ Ad p^m argumē Ad p^m.
tū sic dicēdū. Cum dicit Cōmētator formā vniuersalez
recipi in materiā. et deinde alias. nō est intelligēdū quod il
la prioritas et posterioritas sit secundum tēpus sed secundum ordinem
nature. sic enim dicitur prius a quo nō cōuertitur cōsequētia
essendi: vniuersale scilz respectu sui cōtenti. et ideo nō seq
tur quod inter formā magis vniulez et min' vniulez sit diuer
sitas secundum rē: sed solū secundum rōnē. ¶ Ad cui' euidētiā cōsiderā
dum est. quod oēs forme substātiales tam materiales quam se
parate a materia in hac proprietate cōueniūt. quod quelibet
dāt esse subsistētie. et cōstituit ens subsistēs. et ideo intelle
ctus noster habet vnū cōmunē conceptū de omnibus. et
abstrahit vnā formā cōmunē secundum quā quodlibet cōstitu
tum dicitur suba. et ista forma dicitur primo recipi in ma
teria. qr secundum istā rationē forma dat esse quod est subsiste
re: qd opz preintelligi oibus accidētibus. vlterius omnes
forme materiales siue corruptibiles siue incorruptibiles
in hoc cōueniūt quod ad eas cōsequūtur tres dimensiones. et
ideo de eis omnibus habemus vnū cōceptū cōmunē ab
strahendo de eis vnā formā cōmunē secundum quā quodlibet
cōstitutū per eas dicitur corpus. et secundum istā rationē forma
dicitur posterius recipi in materia quam secundum primā rationē.

qr sicut

ꝗ sicut dimēsiones in subiecto naturaliter presupponūt
esse subsistētie in subiecto: ita ⁊ forma sm rōnē que ad
ipsam sequūtur dimēsiones presupponūt semetipsaz ꝑ
ut dat esse subsistentie. Et sic intelligēdū est de generibus
⁊ speciebus sibi inuicē subordinatis ꝙ nō predicantur de
aliquo indiuiduo per formas realiter diuersas sicut puta
uit Auicebron. sed per eādē formā differentē solū sm di
uersam cōsiderationē rationis. ⁊ istud necesse est dicere.
Cū eniz species sit idipsuz ꝙ genus. puta homo est illud
ipsuz ꝙ aīal. prout animal de hoīe predicat̄. nec animal
est pars hominis sm rez: sed solū sm rationē. qꝛ ratio ho
minis includit illud a quo ratio aīalis sumit̄: ⁊ nō ecōuer
so. Silr opꝫ dicere formā speciei esse formā ipsius gene
ris. sicut eniz abstrahitur genus a spēbus: ita forma gene
3ª.8. ris a forme spērum. Unde Cōmētator in pmo de anima
dicit. ꝙ intellectus facit vniuersitatez in rebus. Una igit̄
forma sꝫ rē est plures sm rationē. s. magis vniuersalis ⁊
minus vniuersalis. ⁊ sic materiā recipere formaz magis
vniuersalē ante aliā: nō est aliud q̃ꝫ materiā recipere for
mam cōceptā siue intellectā sm rōnem vnā ante semet
Ad 2m ipsam cōceptā vel intellectā sm rationē aliam. ¶ Ad 2m
dicēdū ꝙ generatio hoīs aliter terminatur ad formā sub
stantialē q̃ꝫ generatio aliarū rerum. alie eniz generatiōes
sic terminātur ad eā. ꝙ ipsa naturalia agētia non solū in
ducunt dispositiones accidētales sed etiā ipsaz formā in
ducūt subalem per quā generatū assimilatur generāti in
specie: sed hō generās dispositiones accidentales inducit
in materiā cōpletas ac ꝑfectas: vt dictū est supra cū qui
bus aīa rōnalis rōne sue nobilitatis a deo īmediate crea
ta īfundit̄. ⁊ materie dicto modo disposite vt forma vni
tur dās ei totū ordinē esse perfecti: ⁊ ideo actio nature ibi
nō terminat̄ ad formā subalē quā vltimo inducat: sed ad
quā in ipso termino alteratiōis vltime disponat sicut pa
Ad 3m tet ex supradictis. ¶ Ad 3m dicendū. ꝙ vt pretactū est: in
corpore viuo ⁊ mortuo nō manēt eadē accidentia nume
ro sed specie sicut eadē sunt accidētia specie in aceto que
prius erāt in vino. Nec est istud ꝯtra sensuz. qꝛ sensus nō
potest distinguere inter accidētia oīno similia qñ subito
inducūtur in eadē materia. puta ꝙ dimēsio vel humidi
tas sit alia in aceto de nouo generato vino preexistēte: cu
ius ratio est. qꝛ accidētia numerātur sꝫ numerationē sub
iectorū. vnde vbi sensus pōt distiguere inter subiecta per
aliqua accidētia apprehēsa disticta in illis. ibi pōt distin
guere inter alia accidētia similia iter se ⁊ eisdē. verbi gra
tia. per distinctā quātitatē Petri ⁊ Pauli quā consequitur
dualitas cognoscit sensus distractionem inter Petrum ⁊
Paulum ⁊ inter albedinem vnius ⁊ alterius: vbi autem
in generatione vnius ex altero inducitur alia forma sub
stantialis cuz quātitate ⁊ qualitate consimili ⁊ alijs acci
dentibus ꝯsimilibus ꝯsequētibus nō habet sensus distin
guere inter illa subiecta: sꝫ sola ratio cuius est solā formā
Pchra obiectio nis cōfu tatio. substātialē apprehēdere. Sensus vō per accidētia simi
lia apprehēsa qbus solis īmutat̄: nō potest ad istā distin
ctionē cognoscēdā penetrare. Et qꝛ mirū est aliqbus: quo
modo talis organiçatio subito possit induci in materia in
separatione: qualis per lōga tēpora inducta fuit per virtu
tez patris in semine. Jō aduertendū est: ꝙ qñqz in mate
ria aliqua sunt accidētia plura iā inducta que habēt simi
litudinē cū accidētibus rei generāde. nec per ꝯsequēs ha
bent corrūpi nisi per corruptionē sui subiecti. vbi gratia:
caliditas ⁊ raritas in aere alterato ab igne agēte habet si
militudinē cū accidētibus ignis generādi: nec corrūpun
tur nisi per corruptionem aeris subiecti. ⁊ qñ ita est eo ꝙ
sunt iā inducta in gradu vno in materia existēte adhuc sub
forma corrūpenda: est ipsum agēs potēs propter ista sub
iecti suscipiētis dispositionē inducere accidētia consimi
lia in gradu alio cū forma substātiali subiecti de nouo ge
nerati. Uerbi grā. eoipso ꝙ caliditas. raritas ⁊ siccitas cū
quātitate dimēsiua substrata sunt inducta in gradu mul
tum intēso in aere alterato: potēs est ignis agēs subito in
alterationis termino: ꝯsimilia accidētia in gradu alio sꝫ
sensum a precedētibus indisticta inducere cū forma sub
stātialis ignis generati. ⁊ hoc certe nō cōtingeret si aer il
le ꝯtrarias haberet dispositiones. ⁊ in nullo prius silibus
accidētibus inductis alteratus foret: ⁊ ideo dicit phūs ꝙ 2º de ge
in habētibus symbolū facilior est trāsmutatio. inq̃tuz. s. neratiōe
nulla transmutatio cadit super symbolū siue accidēs qđ t. ꝯm. 25.
est simile in corrupto ⁊ generato nisi per accidēs. ex eo ꝙ
preinductū in subiecto corrūpēdo in gradu vno subito po
test simile induci cū forma subali rei generande in gradu
alio. inter quos gradus ꝓpter eoꝝ approximationez sen
sus nō potest iudicare. Quia igit̄ in corpore aīalis morta
lis sunt plura accidētia similia cū accidentibus corporis
animalis oīno mortui. hinc est ꝙ quasi subito possunt so
luta armonia ⁊ gradu ꝑfecto quē habet in corpore aīalis
viui cū forma substātiali aīalis mortui natura vel violē
tia alterāte induci accidētia ꝯsimilia in gradu alio. ita ꝙ
sensus nō discernit inter gradus istos. ⁊ hinc est ꝙ neces
se est. ꝙ in separatione aīe a corpore ista similia accidētia
subito inducātur sub forma substātiali corporis mortui
īducta in ipso eodē instanti. in generatione autē hoīs vel
aīalis nō est talis similitudo accidētiuz in pricipio in sub
iecto alterādo cū accidentibus corporis aīalis vel homi
nis. Sed magna diuersitas. ⁊ ideo lōga requiritur ⁊ magna
trāsmutatio: donec vltimo iducātur accidētia vere simi
lia. ⁊ tūc certe sicut in proposito istis propter corruptionē
sui subiecti corruptis subito inducūtur alia accidētia simi
lia. ¶ Ad 4m dicendū ꝙ in morte animalis quedaz for Ad 4m
ma imꝑfecta inducitur in materia. nō tñ proprie dicitur
ibi esse generatio nisi sm qđ. eo ꝙ illud a quo est trāsmu
tatio est ꝑfectū. Jllud aūt in quod trāsmutat̄ est imperfe
ctū ⁊ qđ corruptū. ⁊ preter intētionē nature. Unde phūs t. ꝯm. 14.
8º metaph. vocat mortuū corruptionē vini: sicut acetum
corruptionē vini. quicqđ igitur dissoluit armoniā dispo
sitionuz accidētaliū debitā anime. siue sit calor īnaturalis
siue aliud agēs extrīsecū illud est cā inductiōis illius for
me imperfecte: ⁊ eadē facilitate que armonia illa debita
aīe soluit̄. ⁊ forma ista cū dispositionibꝰ silibus īducitur.
Predicta autē armonia sine alteratione ꝓcedēte nō dis
soluitur actione alicuius agētis particularis. lꝫ ipsa alte
ratio aliqñ qdē sit longa propter actionis remissionē. ali
quādo breuis ⁊ quasi momētanea propter actionis vehe
mētiaz vel violētiā. sicut accidit in subito occisis: in qbus
modū diuisionis alicuius partis pncipalis ꝯcomitat̄ mo
tus alterationis circa oēs corporis dispositiōes. ⁊ in eodē
instāti quo terminat̄ motus instrumēti diuidētis termi
nat motus istius alterationis ꝯcomitantis. In quo anima
separat̄. ⁊ forma illa imꝑfecta inducit̄ cū dispōnibus si
lis ad quas terminat̄ illa precedēs alteratio. Et illud con
tingit in amputatione ⁊ diuisiōe capitis. Sile est qñ vno
ictu fulminis vinū ꝯuertit̄ in acetū. tūc eniz motū illius
ictus ꝯcomitat̄ vini alteratio. ita ꝙ in eodē instāti termi
natur ille ictus seu motus ille localis. ⁊ motus ipsius alte
rationis vini. vñ sicut vnus motus ipse ictus est. ⁊ ita su
bitus. sic ⁊ alteratiōis motus ipsuz ꝯcomitās. Simili mo
do ꝯtingit cū veloci ⁊ quasi subita diuisione corporis ho
minis. ⁊ motu alterationis illā diuisionē ꝯcomitātis in su
bito occisis. ¶ Ad 5m dōꝫ. sic tactū est supra. ꝙ ꝯsanguini Ad 5m
tas humane ꝓlis ad parētes nō attēdit̄ penes hoc ꝙ ali
qua forma substātialis que erat in patre transeat ab ipso

in prolē. hoc eniꝫ est impossibile ꝙ forma eadē que actu est in vna materia: migret vel trāseat in materiā aliā. Sꝫ virtus in semine deciso adiuta per virtutē celestē: ⁊ maxime solis inducit dispositiones vltimas: sine qbus anima nō vnit̄ materie. imo in termino vltimo alterationis aīa rationalis inducitur a deo creata: hōis realiter constitutiua. Et ideo dicit phs. ꝙ hō generat hominē ⁊ sol. ergo homo qui generat eoipso dicit̄ pater. ⁊ qui generat̄ eoipso dicitur filius. ⁊ qui ab eodē geniti eoipso dicūtur fratres. ⁊ sic de alijs ꝯsanguineis ꝑm gradus. ¶ Ex his patet ꝙ ratione generationis siue ꝓpagatiōis carnalis est nexus cōsanguinitatis in hoībus. Ad generationem vō in muliere spectat materiā dispositā ac preparatā exhibere. ad generationem vō in mare per virtutē actiuā in semine deciso illam materiā sic exhibitā a muliere que p̊mo est sub forma substātiali imꝑfecta: vtputa sanguinis informati disponendo motu alterationis: donec (prout dictuꝫ est) in termino alterationis vltime inducātur dispositiones tales cōplet: cuꝫ quibus in materia inducat̄ anima rōnalis a deo creata. Hic est ꝙ oēs homines dicūtur fuisse in lūbis Ade ꝑm rationem seminalē. qꝛ. s. per virtutem seminis existentē in lumbis eius p̊mo ⁊ per actionē eius aliorum ab ipso genitoꝝ vsqꝫ ad vltimū lege concupiscentie in esse productū. Omnes alij a christo sunt ab ipso Adam in esse producti. Sed corpus christi nō dicit̄ fuisse in lumbis Ade vel Abrae ꝑm rationē seminalem. qꝛ nō fuit formatū per virtutē seminis. ⁊ tamē dicit̄ ibi fuisse ꝑm corpulentā subām. pro tāto qꝛ beata vgo Maria que fuit ibi sicut alij ꝑm rōnem seminalem exhibuit materiā. vñ per vtutē sanctispūs formabat̄ supradicto mō corpus christi. Igit̄ corpus christi nō fuit ibi ꝑm rōnē seminalē. qꝛ corpus christi nō fuit vtute seminis formatū: corpus tñ virginis fuit formatū per virtutē seminis existētē in Adaꝫ ⁊ Abraā. Et qꝛ ipsa sic producta exhibuit materiā vnde formabatur corpus christi fuit in lūbis eoꝝ virtualiter quo ad corpulentā subam. lꝫ nō ꝑm rationē seminalē. ⁊ iō certe christus mediāte beata virgine ⁊ alijs a qbus ipse ꝑm rōnem seminalē descendit: dicitur semē Abraā. ꝑm illud

Ad Galath. iij. Apostoli. In semine tuo. q est christus. Ex his patet ꝙ filij a parētib' nihil aliud debēt hēre nisi ꝙ ab ipsis descēdant mō ꝑdicto per generationē. ⁊ illud nō est ꝯtra positionē de vnitate formaꝝ. imo pulcherrime saluatur ꝑm

Ad 6m ipsā. vt patet ex dictis. ¶ Ad 6m dicēdū. ꝙ sicut dictū est ē. ꝙ deus rōne sue potētie infinite non indiget motu alterationis medio ad hoc ꝙ ꝓducat suū effectuꝫ in esse. ⁊ iō lꝫ in ꝓductiōe humani corꝑis indigeat natura ꝑticularis motu alteratiōis: imo multis alteratiōibus ad h ꝙ tādē inducātur dispōnes ille qbus aīa a deo creata īfundit̄. deinde tñ in termino mot' localis quo illi sanguines purissimi ad locuꝫ generationis sūt delati sine aliq̄ alteratiōis motu successiuo medio: potuit inducere ⁊ inducit ꝑfectas dispōnes cū qbus aīa illa btā ab ipsomet deo eodē instāti creata corꝑi christi īfundebat̄ donec eidē totū ordineꝫ esse ꝑfecti. ꝙ. s. sit ens. ⁊ ꝙ sit corpus. ⁊ ꝙ sit corpus aīatū aīa humane nature sic ieffabiliter producte in ipso īstāti eodē vniebat̄ filius dei in vnitate persone cōicās. s. suam substātiaꝫ eidē: vt sic sit vna ꝑsona verbi dei subsistens in duplici natura humana: sciꝫ ⁊ diuina: ipsi soli deo honor ⁊ gloria: per infinita seculorum secula.

Articulus Tricesimustertius. Itē. q. lxxix. ar. vi. in rñsione principali dicit̄. ꝙ si memoria accipiat̄ solū pro vi ꝯseruatiua spērū: opꝫ dicere memoriā in pte itellectiua esse. Si vō de rōne memorie sit ꝙ obiectū ei' sit ꝑteritū vt preteritū: sic memoria non est in pte intellectiua sed in sensitiua tñ: que est apprehēsiua pticulariū: ꝑteritū eni vt preteritū: cuꝫ significet sub determinato tēpore ad ꝯditionē particularē pertinet.

Corruptorium.

¶ Ex hac positione necessario sequitur error. s. ꝙ angeli nō habeāt memoriā ꝑteriti. ⁊ per ꝯñs nec certā cognitionē. qꝺ videt̄ erroneū ⁊ in ꝑiudiciū eoꝝ ⁊ nr̄m quoꝝ hñt custodiā: ⁊ iō dicēdū est. siue memoria accipiat̄ pro potētia itellectiua spērū ꝯseruatiua: siue pro actu memorandi ꝑteriti vt preteriti: nō solū est memoria in sensitiua: tunc enī nō esset in angelis in qbus nō est aliq̄ vis sēsitiua. Qꝛ aūt angelus nō tñ habeat memoriā itellectiuā: sed ēt ꝑteriti vt preteritū est: patet Thob. v. vbi dic̄ Raphael angelus. Noui viā que ducit in Rages ciuitatē medoruꝫ: ⁊ oīa itinera ei' frequēter ambulaui ⁊ māsi apud Gabeluꝫ. Et in eodē. xij. Qñ orabas. s. cum lachrymis: ⁊ sepeliebas mortuos ⁊c. ego obtuli orationē tuā dño. Et Dañ. x. dicit. Angelus p̊nceps regni ꝑsarū restitit mihi vigintiuno diebus. Ex quo patet ꝙ memoria siue accipiat̄ pro vi cōseruatiua spēꝝ siue pro actu memorādi preteritū: debet poni nō solū in pte sensitiua: sed ēt in pte itellectiua. ¶ Ad illud qꝺ pro rōne īsinuat. s. ꝙ apphēsiua sensitiua est pticulariū sub hic ⁊ nūc. ⁊ tale est ꝑteritū vt ꝑteritū. Dicēdū ꝙ nō solū sensitiua cōprehēdit pticularia sub hic ⁊ nunc. sed ēt itellectus ⁊ recordatio. nec differt itellectus a sensu in h ꝙ sensus apphēdit singularia. intellectus vō vniulīa abstracta. sꝫ in h differūt ꝙ sensus apprehēdit singularia sola: itellect' aūt vniulīa nō sola: sed ēt pticularia. alˀs angelus ⁊ aīa nō apprehēderēt christū cū sit quoddā singulare. ⁊ ipsi nō habeāt potētiā sensitiuā. cuius ꝯriuꝫ habet̄ Ioā. xvij. Hec est eniꝫ vita eterna vt cognoscāt te. Item ex hac positione sequeret̄ ꝙ aīe iā beate nō haberēt memoriā passionis christi. nec eēnt memores alioꝝ beneficioꝝ pticulariū iā preteritoꝝ ⁊ peccatoꝝ suoꝝ. ⁊ ita nō essent grate deo in reddēdo ei gratias pro remissione peccatorum ⁊ exhibitione beneficioꝝ. qꝺ est plane erroneum. ¶ Si aūt opponat̄ ꝙ phs nō ponit nisi memoriā sensitiuam: vt in li° de memoria ⁊ reminiscētia dicit: loquēs de memoria ꝙ est per se ⁊ p̊mo sensitiua. intellectus autem per accidēs: ratio supponit falsuꝫ. qꝛ phs in magnoꝝ moralium. c. xix. dicit memoriā in vi rationē habente. ¶ P. Augustinus plane ponit memoriaꝫ intellectiuaꝫ. x. de trinitate. c. xij. ⁊. xv. ⁊ li°. vij. c. xxi. ⁊. xxiij.

Respōsio ad hec scōm Thomā.

¶ Ex dictis supra ar. ij. qualiter intellectus noster singularia cognoscit. ⁊ qualiter nō satis euidēter patet responsio ad oīa hec que obijciūtur: si simul cū hoc attēdamus ꝙ aliter angelus ⁊ aliter itellect' noster cognoscit ista singularia materialia. Angelus. n. cognoscit ea directe sicut sūt per spēs īnatas: que representāt rē oīno sicut est in se: itellectus noster itelligit directe vniuersalia a ꝯditionib' materialibus abstracta: sicut patet per phm ⁊ Cōmētatorē vbiqꝫ. Singularia aūt cognoscit idirecte per ꝯuersionem vel reflexionē ad phantasmata. ꝓpter qꝺ si in parte intellectiua nobis nō sit ponēda memoria vt respicit preteritū vt ꝑteritū: sicut Thomas dicit hic. eo ꝙ intellect' noster abstrahit ab huiusmodi conditionibus. nec cognoscit huiusmodi nisi indirecte modo predicto. nō ideo seqtur ꝙ angelus nō possit preterituꝫ cognoscere vt preteritum: cum ipse alio modo apprehendat per speciem. s. que rem representat directe sicuti est per omnia. Unde obiectio ista cui principaliter innituntur vana est ⁊ risu digna. ¶ Et qꝺ dicunt respondendo ad rationem Thome. nulli dubium quin sit falsum; ⁊ manifeste contra philosophū.

Cōmētatorē

Margin notes (left column): 2° de generatiōe t.ͨ 56. — Ad Galath. iij. — Ad 6m

ꝑ poste. Cõmentatorem. & Boetium. qui ait singulare dum senti-tur. vniuersale dum intelligitur. Hec manifesta sunt ex dictis. s. arti. 2°. ¶ Ad illud: q si in parte intellectiua nõ esset memoria preteriti vt preteritum. tunc anime beate nõ haberent passionis christi & aliorum beneficiorũ pre teritorum memoriam. Dicendum q anime separate bea te in verbo vident res non soluꝫ abstractas: sed sub omni conditione quaꝫ habent & habiture sunt vel prius habue runt in reꝝ nã. Unde obiectio illa nulla est. Loquendo tñ de naturali cognitione aie separate que cõmunis est bea tis & nõ beatis. Dicendũ q modus itelligendi in aiabus separatis est per influentiã specieꝝ a deo. & sm istũ modũ habet intellectus ipsa singularia: sicuti sunt cognoscere. Sicut enim deus ipse per suã essentiam inq̃tum est cau sa vniuersalium & indiuiduantium principioꝝ cognoscit vniuersalia & singularia. ita substãtie separate per species impressas que sunt quedam participate similitudines il lius diuine eẽntie possunt vniuersalia & singularia cogno scere. Hec tamen est differentia inter angelos & animas separatas: q angeli huiusmodi species ꝓpter efficaciam sui intellectus non solum naturas in speciali cognoscere possunt: sed etiam cõditiones indiuiduales quascunqꝫ in eisdem. aie võ separate quaruꝫ naturalis cognitio est im perfectior & confusior sm modum nature sue: nõ possunt per huiusmodi species cognoscere nisi illarum reruꝫ cõdi tiones indiuiduales: ad quas cognoscendas quodãmodo determinant̃: vel per p̃cedentẽ cognitionẽ: vel per aliquã affectionem: vel per habitudinem naturalẽ vel diuinam ordinationem. q2 omne qd recipit̃ in aliquo detinetur in eodem per moduꝫ recipientis. Ista est doctrina Thome vbi docet qualiter anima separata cognoscat singularia pte pma. q. lxxxix. ar. iiij. ex q̃bus patet qualiter soluũtur oĩa obiecta istoꝝ. ¶ Qui võ tandẽ dicunt Aug^m & phm posuisse memoriam in vi rationem habente siue intelle ctuꝫ. Dicendum q habet intelligi de memoria put sumi tur pro vi specierum intelligibilium cõseruatiua: vel inq̃ tum intellectus potest cognoscere huiusmodi preterita vt preterita indirecte conuertendo se ad phantasmata.

Articulus Tricesimusquartus.

Articulus Tricesimusquartus. Iteꝫ q. lxxxij. ar. iij. in responsio ne p̃ncipali dicit. q intellectus & voluntas si cõsiderentur sm se sic intellectus est eminẽ tior. sm quid aũt & in cõparatione ad alterũ: voluntas inuenitur interdum altior q̃ intellectus: eo q obiectũ voluntatis in altiori inuenit̃ q̃ obiectũ itellect°.

Corruptorium.

Corruptorium. Hoc videtur nobis falsum. & antecedens ad multa falsa. lꝫ
1 nõ videat̃ directe cõtrariuꝫ fidei vel bonis moribus. Di cit enim Anselmus in libro de conceptu virginali & origi nali peccato. cap. iiij. Si de actionibus voluntarijs que in iuste sunt arguantur membra & sensus corporis quibus fiunt: respondere possunt. Deus subiecit nos: & potestateꝫ que in nobis est voluntati vt ad eius imperium nõ possu mus nõ moueri & facere qd ipsa volt. & ita non possumus nec debemus nõ obedire domine quã nobis dedit deus. Et infra sequenti cap. Uoluntas cui subditi sunt omnes
2 volũtarij mot° totius hominis. Hec auctoritas attribuit dominium volũtati: & nõ rõni. Item melioris & superio ris est vti deterioribus & inferioribus. Hoc videmus ad
cap. 3°. sensum: in quibus naturalis & debitus ordo seruat̃. Et Cõ mentator. vi. ethi. super illud. Postq̃ ergo dictũ est duas esse ptes &c. Qualiter inquit deterius meliori vtetur. Sꝫ voluntas vtit̃ ratione & ceteris potentijs anime: vel enim est assumere aliquid in facultatem voluntatis sm Aug^m x. de trinitate. cap. x. ergo voluntas est superior intellectu

& ceteris potentijs aie. ¶ Itẽ illud est melius cuius perfe 3
ctio est melior sicut dicit Cõmen. in fine ꝓlogi. vi. ethicoꝝ. Qualiter inquit nõ est melior melioris virtus & perfectio. Sed charitas que est pfectio volũtatis est optima virtus & pfectio: sicut dicit Aug° de trini. libro. xv. cap. xvij. & cap. xviij. Dilectio inquit dei diffusa est in cordib° nostris &c. Nullũ est igitur isto dono excellentius. qd solum diuidit 4
inter filios regni & filios perditionis. ¶ Phs dicit p̃ to- .cap. 8°
picorum. De magno bono & magis conferente melius est qd omnes eligunt q̃ qd nõ omnes: & qd plures q̃ qd pau- c°. p. c° 8°
ciores. Sed bonum omnia appetunt: vt ipse dicit in eodẽ c°. p
cap. & 3° topicoꝝ. & i. ethi. sed nõ omnia appetunt verum per se loquẽdo. sed sola rationalia. ergo bonũ melius est q̃ verum. ergo est obiectum melioris potentie. ¶ Item 5
meliori obiecto respondet nobilior potentia vt videtur. & dicit Aug° in quadam epistola ad Nebridium: scilicet q mens atqꝫ intelligentia oculis atqꝫ vulgari aspectu me liores sunt. qd nõ esset ita nisi meliora essent illa que itel ligimus q̃ illa que discernimus. sed si discernimus veruꝫ a bono. sm qd per rationẽ separata sunt: videt̃ bonũ me lius esse q̃ verum. & per cõsequens nobilius. ergo bonuꝫ sm q bonũ est obiectum melioris potentie q̃ veruꝫ sm q veruꝫ. Et ita voluntas erit nobilior intellectu. ꝓbatio assumpte: bonũ sm q bonũ est bonuꝫ per se: veꝝ autem sm q verum nõ est bonum nisi per bonum: sed illud est melius qd est bonuꝫ per se q̃ illud qd est bonũ per aliud. ergo bonũ est melius vero. ¶ Item quando multi cõue 6
niunt & cooperant̃ sibi in preparatione alicuius maleficij: ille cui magis imputatur reputat̃ magis principalis & ecõ uerso. vnde & principalius trahit̃ in causam: sed omne pec catũ reputatur vel imputatur maxime volũtati. ergo vo luntas est p̃ncipalior in peccato q̃ intellectus. Uerbi gra tia. Incredulitas siue perfidia magis imputatur volun tati q̃ intellectui. Ioã. xij. ꝓpterea nõ poterant credere: quia dicit veꝝ. Et dicit Aug° & Chris. Non poterãt. idest nõ volebãt. Chris. homelia. lxviij. & Aug°. homelia. li. Si a me querat̃: quare nõ poterant: Respondeo. q2 nolebãt. ¶ Ratio aũt quaꝫ Tho. ponit ad cõfirmationẽ sue opi nionis est talis. Obiectum intellectus est simplicius & ma gis absolutũ q̃ obiectũ volũtatis. q2 rõ boni est obiectũ itellect°. & ipm bonũ appetibile est obiectũ volũtatis & rõ boni simplicius qd est q̃ ipm bonũ. & nos dicim° iterimẽ tes hãc: obiectũ intellect° est simplici° q̃ obiectuꝫ volun tatis. q2 rõ boni est obiectũ intellect° & ipm bonũ appeti bile est obiectũ volũtatis. Dico q ita bene & magis per se est rõ boni obiectũ voluntatis. q̃ ipsuꝫ appetibile. cui° cõ trariũ ipse supponit. & hoc patet sic. ꝯstat enim q essentia boni quã ipse vocat rõnẽ boni: veri° & essentialius est ipsi bono q̃ qcqd nõ est essentia boni. essentia enim vniuscu iusqꝫ rei est illud qd per se & p̃mo signat̃ per nomen rei. si ergo eẽntia boni est ipsa rõ boni verissime: est ipsuꝫ bonũ verissime. & illud qd est verissime bonũ est verissime ob iectũ volũtatis. Sequit̃ ergo necessario q essentia boni hoc est ratio boni verissime & primo & per se sit obiectum voluntatis. cuius contrarium ipsum supponit.

Respõsio ad hec scdm Thomã.

Isti si solutionẽ istius q̃õnis & ꝓxime sequentis inspectaꝫ bono oculo itellexissent. nunq̃ istã positionẽ falsam & ad multa falsa ãñcedentẽ asseruissent. Uerba ergo Thome in supradictis duab° q̃stionibus inspiciant̃. & oĩa ista que obijciunt nullius momẽti apparebũt. ¶ Ad p̃m ergo put Ad p^m
ipse docet ibidẽ: sic dõm. Aliqd mouere dicit̃ dupliciter. Uno mõ vt finis: sicut finis mouet efficientẽ. & hoc mõ intellectus mouet volũtatẽ. q2 bonũ itellectus est obiectũ

voluntatis. ⁊ mouet ipsuz vt finis. Alio modo dicitur ali-
quid mouere per modum agentis: sicut alterans mouet
alteratum ⁊ impellens impulsuz. ⁊ hoc modo mouet vo-
luntas intellectum ⁊ alias oēs vires aie: ꝑut dicit Ansel-
mus. ergo sicut voluntas est quo ad quid nobilior. qꝛ mo-
uet. ita quo ad aliquid est minus nobilis inquantū moue-
tur. sed simpliciter loquēdo rōne obiecti magis absoluti
Ad 2m est itellectus nobilior: ꝑut dicit Thomas. ❡ Ad 2m etiā
dōm prout docet ipse Tho. vbi. s. ꝙ itellectus pōt dupli-
citer considerari. vno modo ſm ꝙ est apprehensiuus en-
tis ⁊ veri vniuersalis. Alio mō ſm ꝙ est quedam particu-
laris potentia habens actum determinatuz. Et similiter
voluntas dupliciter cōsiderari pōt. Uno modo ſm com-
munitatem sui obiecti: ꝑut est appetitiua boni cōmunis.
Alio mō ſm ꝙ est quedā potentia determinata habens
actum determinatū. Si ergo intellectus ⁊ voluntas com-
parentur adinuicem ſm rōnē cōmunitatis obiecti vtriuſ-
qz. sic intellectus simplr̄ est altior ⁊ nobilior voluntate.
qꝛ simpliciter loquendo ratio boni intellecta que est obie-
ctuz intellectus est quid simplicius ⁊ absolutius. atqz ab-
stractius. vtpote habens esse in ipso intellectu bono com-
muni qō est obiectū voluntatis ſm esse qō habet in re ex-
tra. Uerum enim ⁊ falsum que sunt obiectuz intellectus
sunt in anima. Sed bonū ⁊ malum que sunt obiectū vo-
luntatis sunt in re extra. Interdū tamen contingit ꝙ bo-
num ſm esse qō habet in se est simplicius ꝗ̄ ratio eiusdē
boni intellecti que habet esse in itellectu. tale bonū vtiqꝫ
est deus. ⁊ respectu huius obiecti (ꝑut docet Thomas)
vel ꝓbat ꝙ voluntas sit nobilior intellectu: vniuersaliter
tamen ⁊ simpliciter loquendo: intellectus sub ista cōside-
ratione debet nobilior dici vt dictum est. Si aūt conside-
retur intellectus ſm cōmunitatem sui obiecti. ⁊ volūtas
ſm ꝙ est quedam determinata potentia: sic iterum itel-
lectus est nobilior ⁊ altior: vtpote comprehendens sub cō-
munitate sui obiecti. s. entis ⁊ veri ⁊ vniuersalis ipsam vo-
luntatem ⁊ actum eius ⁊ obiectum sicut alia intelligibilia
specialia: vt lapidem. lignū ⁊ huiusmodi que continentur
sub ratione entis ⁊ veri. Si aūt consideretur voluntas ſz
cōmunē rationem sui obiecti qō est bonum in cōmuni. ⁊
intellectus vt est quedā res: ⁊ potētia specialis: sic sub isto
obiecto voluntatis cōtinetur intellectus ⁊ eius actus qō
est intelligere: ⁊ eius obiectum qō est verum: sicut alia bo-
na specialia: ⁊ ſm hoc est ipsa voluntas altior ⁊ nobilior.
⁊ ſm hoc vtitur ipso intellectu ⁊ actu eius ⁊ obiecto eius
sicut alijs bonis particularibus: amando scilicet ipsa pro-
pter deum qui est fons ⁊ origo omniū bonoruz. Sub ista
igitur consideratione qua voluntas dicitur vtens dicitur
⁊ nobilior: alia tn̄ consideratione ⁊ simpliciter loquendo
Ad 3m intellectus est superior: vt patet ex dictis. ❡ Iterum dicē-
dum (sicut dicit Thomas ⁊ tactum est supra) ꝙ in com-
paratione ad obiectum aliqō qō est nobilius: cuiusmodi
est deus: in quem principaliter inclinat charitas: nihil pro-
hibet: imo necesse est ponere ꝙ voluntas sit sublimior ꝓ-
pter rationem predictam nihilominus simpliciter loquē-
Ad 4m do: vt dictū est intellectus debet dici nobilior. ❡ Ad 4m
dicendum. ꝙ proprie loquēdo comparatio nō est accipiē-
da nisi inter aliqua duo diuersa que sunt eiusdem rōnis.
Uerbi gratia. Si hoc debeat dici illo albius: necesse est ꝙ
albedo vtriqꝫ cōueniat ſm eandē rationē. Nūc autez bo-
num ⁊ verum cōuertuntur ⁊ sunt idem ſm rem: sed diffe-
runt solum ſm rationem. Unī ista comparatio nulla est
qua dicitur bonū melius vero. quoniā idipsum est cui con-
uenit bonitas sub ratione vna: ⁊ veritas sub rōne altera.
❡ Notandum est etiam qō dicit Thomas vbi supra. ꝙ
sicut intellectus ⁊ voluntas possunt dupliciter cōsiderari:
sic verum ⁊ bonum. Si enim verum consideretur in sua
cōmunitate: bonuz continetur sub ipso vero: inquantum
ipsum bonum est quoddā speciale verum intellectus. Si-
militer si consideret̄ bonum in sua cōmunitate: verū cō-
tinetur sub bono inquantum verum est quoddā speciale
bonum. Ex his apparet: ꝙ he potentie suis actibus se in-
cludunt cum obiectum vnius sub ratione vna includat
infra obiectum alterius sub ratione altera: ⁊ econuerso:
vt ex dictis patet. ⁊ est satis pulchra doctrina. ❡ Ad 5m Ad 5m
dōm sicut ad quartum. ꝙ inter bonū ⁊ veruz: cū sint idē
re ⁊ differant sola ratione: nulla est cōparatio in bonitate:
sed inter duo diuersa prout in diuerso gradu rationē boni-
tatis participant bene cadit comparatio. Et cum dicunt
ꝙ bonum est bonuz per se: ⁊ verum est bonuz nō nisi per
bonum. ⁊ ita est bonū per aliud. ❡ Dicendum ꝙ idez est
qō est verum: ⁊ qō est bonū: ⁊ eadem res realiter habet en- 6° meth.
titatem. veritatē ⁊ bonitatem. Qualis enim est dispositio 2to. S°. ⁊
vniuscuiusqꝫ in entitate: talis est eiusdez dispositio in ve- alibi.
ritate ſm philosophum ⁊ etiam in bonitate. nō igitur per
aliud sed sub alia ratione dicitur aliquid verum ⁊ bonuz.
❡ Ad sextum patet responsio ex supradictis. Uoluntas Ad 6m
enim ea ratione qua mouet vt agens: altior est intellectu.
⁊ sub hac ratione principaliter ascribitur sibi fructus vel
defectus. meritum vel demeritum motum consequens.
⁊ tamen est simpliciter ipse intellectus sublimior. ❡ Qō Ad 7m
vō dicunt septimo respondendo ad rationem Thome. ꝙ
ipse vocat rationem boni essentiam boni: ex falso intelle-
ctu eorum ꝓcedit. Ratio enim rei in intellectu nō est idē
penitus cuz ipsa re. ꝗ̄uis sit expressa eius similitudo. Ra-
tio igitur boni vel alterius cuiusqꝫ intellecti est eius diffi-
nitio ab intellectu cognoscente rem ipsa formata in ipso
intellectu esse habens. ⁊ differt ab essentia rei sub esse qō
habet in se. Nec est dicendum. ꝙ ratio boni in intellectu
est ipsa essentia boni simpliciter: nisi sit sermo de illius
boni essentia. ac ratione intellecta cui idem est esse simpli-
citer ⁊ a seipso intelligi: cuiusmodi est deus. propter quod
ipsa ratio dei a deo intellecta siue similitudo dei que est
imago ac verbum eius: est verus deus: cui est honor ⁊ glo-
ria per infinita seculorum secula.

ARticulus Trigesimusquintus. Item
q. lxxxv. arti. vij. in respon-
sione ꝑncipali dicit. ꝙ quanto corpus est me-
lius dispositū: tanto meliorē sortitur animā.
⁊ loquitur de anima intellectiua: vt patet ibi-
dem. Cuius ratio est: qꝛ forma recipit̄ in materia ſm ca-
pacitatē materie. vn̄ cum in hominibus qui habent cor-
pus nobilius sit materia capacior: nobiliorem sortiuntur
animam ⁊ maioris virtutis in intelligendo.

Corruptorium. Credimus ꝙ loquat̄ de me-
liori dispositiōe ſm corporis
cōplexionē: nō ſm robur ⁊ velocitatem pulchritudinem
vel magnitudinem: quasi velit dicere corpus melius cō-
plexionatū meliorem sortiri animaz ⁊ aptiorem ad actio-
nes intellectuales ⁊ morales. ⁊ putamus ꝙ hoc ⁊ bene ⁊
male possit intelligi. ⁊ dicimus ꝙ in animabus humanis
ſm se ⁊ a creatione sua est differētia quantū ad habilita-
tes partis apprehensiue ⁊ motiue: siue quantū ad mores.
Dicit enim magister libro. 2° sen. dis. xxxij. pluribus inge-
nō irrationabiliter videtur. ꝙ ex ipsa creatiōe alique aie
alias excellant in nālibus donis vt in essentia; alia alijs
sit subtilior ⁊ ad itelligendū habilior. qō nō improbabili-
ter dicitur: cum etiam in angelis constet ita fuisse. ⁊ hoc
quod dicit magister est sententia Hugonis libro tertio
sententiarum. cap. xxix. Huic sententie attestari videtur
Cōmentator sup illud primi de anima. ⁊ illi quando que- 3to 2°
runt

runt loqui: mēbra autē leonis nō differūt a mēbris ceruī: nisi q2 anima differt ab anima. Hoc etiā manifestū est in indiuiduis eiusdē speciei. ꝛ ideo diuersi sunt mores. His verbis insinuat Cōmentator q diuersitas mēbroꝝ in animalibus diuersaꝝ specieꝝ ꝛ eiusdē speciei etiā causatur a diuersitate aie. ¶ Itez dicimus q anime humane diuersificant in moribus ꝛ in alijs habilitatibꝰ penes diuersas complexionem corporis. Hinc est q phs dicit libro scōo de aia. Duros carne ineptos mente. ꝛ molles carne aptos mente dicimus. Hinc etiam dicit libro de pblematibꝰ: q infirmi fm mores sunt: quicūqꝫ in supabundantijs caloris ꝛ frigoris existūt. Sic igit patet q habilitates ꝛ mores anime humane habent causaz tum ex cōplexione corporis. tum ex natura eius. Cū ergo dicit. Quanto corpus est melius tanto meliorē sortitur animam: si intelligat de melioribus habilitatibus ꝛ moribus aie: quatenus causaz habent ex complexione corporis credimus q veꝝ dicat. Si autem intendat dicere. q solū ex meliori complexione sit in animabus humanis melior aptitudo ad mores ꝛ operationes intellectuales: credimus q falsum est.

pr. 94

Respōsio ad hec scōm Thomā.

tis particularis in esse producitur.

❡ Finit Correctorium Egidij Corruptorij dictoruz Tho
me: in questionibus disputatis in de Ueritate.

❡ Correctorium corruptorij dictoꝝ Thome: in questioni
bus de Anima Feliciter incipit. ab Egidio Romano.

ARticulus primus est de hoc qđ
dicit Thomas. q. i. ar. i.
in responsione pncipali. vbi querit: vtrum
anima possit esse forma ⁊ hoc aliquid. ꝙ
idem esse anime cōmunicat̄ corpi vt sit
vnuz esse totius speciei. Et p̊ sniaꝝ dis. viij
vbi querit: vtruz aia sit simplex. dicit hoc
idē planius in rn̄siōe tertij argumēti. s. ꝙ hoc ipm esse qđ
est aie per se fit esse ꝯiūcti. ⁊ ꝙ nō est ibi eē nisi esse ipsius
forme. Et in hoc idē dicit̄ in pma pte summe. lxx. q. ar. p̊.

Corruptorium. Hec positio videtur nobis tē
dere ad errorem ad hoc scilz
ꝙ nō fuit idem corpus christi viuū ⁊ mortuū: neqz alicu
ius alterius. Si enim nō est aliud esse corporis vel cōiun
cti q̄ȝ esse ipsius aie: cum omne esse sit a forma: sicut dicit
phs in. iij. de anima. ⁊ Boetius. iij. de trini. post separatio t. c^ti. 26.
nem anime corpus habebit aliud esse. Conuenit enim ve
re dicere: hoc est corpus: nec tn̄ ꝑdicat̄ esse anime de hoc
corpore qđ constat esse corpus. ergo oportet de necessitate
ꝙ hoc corpus inquantū corpus hoc: aliunde habeat for
mam q̄ȝ ab anima: que sola dedit esse corpori in coniun
ctione. Sed si hoc corpus inquantum hoc corpus aliam
habeat formam post separationez q̄ȝ ante: impossibile est
ꝙ sit idem numero corpus christi ſm ꝙ corpus: hoc autē
damnatum est tanq̄ȝ falsum. ❡ P. certum est ꝙ corpus 1
habeat esse anteq̄ȝ anima sibi vniatur. ⁊ postq̄ȝ separata
fuerit. ergo totum esse corporis ⁊ coniuncti nō est esse ani
me. ❡ P. in alijs compositis ex materia ⁊ forma. verbi 2
gratia in elementis. videmus manifeste compositū esse
ex componētibus: quod tamen esse nō est per se alicuius
componentium. quia neutrum componentiū habet esse
per se: sicut corpus ⁊ anima: vt patet post separationē aie
a corpore. potest vere dici ꝙ hoc est corpus. ⁊ ꝯstat ꝙ tūc
nō predicatur de esse anime. nec aliud dicitur hoc corpus
est: q̄ȝ hoc est corpus. Si enim nō esset corpus sicut nō est
homo: tunc nō posset vere dici: hoc est corpus. quia nō po
test dici: hoc est homo. ergo si idez est corpus numero post
separationem anime quod ante: idem habet esse numero
post separationē qđ an̄. sed hoc nō posset esse si totum esse
corpis: ⁊ cōiuncti esset ipsius aie. Restat igit̄ hoc esse fal
suz. Iteꝝ etiā. q. iij. querit: vtꝝ itellect⁹ possibilis siue aia
intellectiua sit vna in oībus. Et in rn̄sione pncipali dicit.
ꝙ hec aia sit vnibilis huic hoī vel illi: multiplicat aias ſz
numerum. Et idem in eadem. q. in responsione. iij. argu
menti. Et idem super p̊ sniarū dis. viij. q. penultima in rn̄
sione penultimi argumenti. Et idē dicit p̊° pte summe. q.
lxxvi. ar. iij. in rn̄siōe. iij. argumēti. ⁊ ibi hoc iprobatū est.

Responsio ad hec ſm Thomā. Qr illud idez esse
anime cōmunicat̄ corpori: vt sit vnum
esse cōpositi. vt in pluribus locis Thomas dicit. dictū est
supra in responsionibus cōtra pmā ptē. ar. ij. vbi ad obie

Ad pᵐ ⁊ 2ᵐ cta cõtra hec respondet. ¶ Ad illud vo qd hic dicunt de corpe christi. dicendũ: ꝙ si ipsi vellẽt dicere. ꝙ aliud esset esse corporis christi. ⁊ aliud esset esse anime eius. ⁊ aliud esset esse psonale: manifestũ est ꝙ sumpto esse vt est act⁹ entis qui est existere sine ipsa rei existẽtia: errare intolerabiliter inuenirentur. qm̃ in christo ponere plura esse: est ponere plura existentia. ⁊ per ꝯ̃ns plura supposita. qd est hereticũ. Si aũt loquant̃ de esse quidditatiuo: sic esse forme nõ est aliud ſm rem ab ipsa forma. ⁊ ponere sic plura esse: nõ est aliud realiter q̃ ponere plures formas: ⁊ ponere vnum esse sic: est ponere vnã formã. Ad 3ᵐ ¶ Qualiter autem sustineri valeat qualiter in hoĩe sit vna forma substantialis tñ: lz corpus christi viuũ ⁊ mortuũ sit idem numero simplr̃: nõ qdẽ ab vnitate forme: sed ab vnitate suppositi dictũ est. s. in responsionibus ad obiecta cõtra pmã ptem. ar. xxxi. ⁊ xxxij. vbi etiã declarat̃ via per quã ponit̃ ꝙ corpus mortuũ nec idem esse nec etiã eandem habet formam substantialẽ. cuius oppositũ isti supponunt in his que contra Thomam in hac pte obyciunt. Vñ ponentes vnitatẽ forme substãtialis: dicerent ꝙ nihil est penitus qd dicũt in hac parte. ¶ Qd vo dicunt supra improbatũ animam multiplicari ſm numerũ corporum: prout dicit Thomas in locis diuersis: dicimus vbi illi nisi sunt hoc improbare. ostensum est supra in responsionibus ad obiecta cõtra primã ptẽ. ar. xxx. ꝙ eoꝝ argumenta nihil cõcludũt contra Thomã. Et si qua in eis videbant̃ apparentia: sicut patet intuenti: ibidem dissoluuntur euidenter.

Articulus Secundus.

De hoc quod dicit Thomas eadem. q. in rñsiõe ad. vi. argumẽtũ. ꝙ in his que sunt ſm esse separata a materia: non potest esse distinctio nisi ſm speciem.

Corruptorium. Hoc est expresse cõtra illud qd fides tenet de sacramẽto altaris: de quo fideliter tenemus ꝙ ibi est quantitas. albedo. sapor. figura separata ab omni mã. ⁊ ꝙ ista accidẽtia differunt numero ab accidẽtib⁹ silibus in alio altari.

Responsio ad hec ſm Thomã. Si scirent viam per quã ponit Thomas accidentia in sacramento altaris remanere: ⁊ numeraliter in vno altari differre ab his que sunt in alio altari. q̃ nihil hoc quod dicunt sit ad ppositũ: nõ vtiqz ignorarent. lz enim accidẽtia in sacramento altaris sint sine subiecto. ⁊ per ꝯ̃ns sine materia. nõ tñ sunt sine quantitate dimensiua: que est pncipiũ indiuiduationis ⁊ multiplicationis forme eiusdem speciei. Cum enim de rõne quãtitatis dimensiue sit situs qui est cõditio indiuidualis. de cuius etiã rõne est ꝙ habeat in sui natura diuisibilitatẽ. manifestum est ꝙ ex ipsa natura quantitatis dimensiue sumit̃ indiuiduationis pncipiũ ⁊ dimensionis. ac per consequens multiplicationis indiuiduoꝝ eiusdẽ spẽi. Et hinc est ꝙ lz accidentia in sacramento altaris sint sine subiecto ⁊ mã. rõne tñ quantitatis dimensiue remanentis sunt indiuidua ⁊ indiuidualiter ſm numeꝝ distincta. Istud declarat Thomas ꝯtra Gentiles. lib°. iiij. cap. lxiiij. vbi sic dicit. Hoc aũt habet ppriũ quantitas dimensiua inter accidentia reliqua. ꝙ ipsa ſm se indiuiduatur. qd iõ est. q2 positio que est ordo ptiũ in toto: in eius rõne includit̃. Est enim quãtitas positionẽ habens. vbicũqz aũt intelligitur diuersitas partium eiusdem speciei necesse est intelligi indiuiduationem. nã que sunt eiusdem speciei nõ multiplicãtur nisi ſm indiuiduũ. Et inde est ꝙ nõ possunt apprehẽdi multe albedines nisi ſm ꝙ sunt in diuersis subiectis. possunt autẽ apprehendi multe linee si ſm se cõsiderent̃. Diuersus enim situs qui per se linee inest ad pluralitatem lineaꝝ est sufficiens. Et q2 sola quantitas dimensiua de rõne sui habet vñ multitudo indiuiduorũ in eadẽ spẽ possit accidere. Prima radix multiplicationis ex dimensione esse videt̃. q2 ⁊ in genere substãtie multitudo fit ſm diuisionem materie: que nunq̃ intelligi posset nisi ſm ꝙ materia sub dimensionibus cõsiderat̃. nam remota quantitate: substantia omnis indiuisibilis est. vt patet per phm pmo physicoꝝ. t. cᵗⁱ. 15. Manifestum est autẽ ꝙ in alijs generibus accidentium multiplicant̃ indiuidua eiusdẽ spẽi ex parte subiecti. ⁊ sic relinquit̃ ꝙ cũ in sacramento ponam⁹ dimẽsiones per se subsistere. ⁊ alia accidẽtia in eis sicut in subiecto fũdari nõ opz nos dicere ꝙ accidẽtia huiusmodi nõ sint indiuiduata. remanet enim in huiusmodi dimensionibus indiuiduationis radix. Qualiter aũt diuersimode mã sit principium indiuiduationis ⁊ quãtitas dimẽsiua: declarat Thomas in summa. pte. vlt. q. lxxvij. ar. ij. in rñsiõe pncipali sic dicẽs. ꝙ cũ subiectũ sit pncipiũ indiuiduationis accidẽtiũ. opz ꝙ illud qd ponit̃ alioꝝ accidẽtiũ subiectũ esse aliquo mõ pncipium indiuiduationis. Est enim de rõne indiuidui ꝙ nõ possit in pluribus esse. qd quidem cõtingit dupliciter. Uno mõ q2 nõ est natum in aliquo esse. ⁊ hoc mõ forme imateriales per se subsistẽtes sunt ⁊ per se indiuidue. Alio mõ ex eo ꝙ forma substãtialis vel accidentalis est quandoqz nata esse in aliquo. nõ tñ in pluribus sed in vno solo sicut hec albedo que est in hoc corpe. ¶ Quantũ igit̃ ad pmũ materia est pncipium indiuiduationis oĩbus formis inherentibus. q2 cũ huiusmodi forme quantum est de se nate sunt esse in aliquo sicut in subiecto: ex quo aliqua earum recipit̃ in materia que nõ est in aliquo. nec ipsa forma per se subsistens sic põt in alio esse. ¶ Quantũ autem ad secundũ dicendum est. ꝙ indiuiduationis pncipiũ est quantitas dimensiua. ex hoc enim aliquid natum esse in vno solo. q illud est in se indiuisum ⁊ diuisum ab oĩbus alijs. Diuisio autem accidit substantie rõne quãtitatis: vt dicit̃ pmo physicoꝝ. t. cᵗⁱ. 15. Et iõ ipsa quãtitas dimensiua est qdã indiuiduationis pncipium huiusmodi formis. inq̃tũ. s. due forme numero sunt in diuersis ptib⁹ mãe. vnde ipsa quantitas dimensiua ſm se habet quãdã indiuiduationẽ.

Articulus Tertius.

De hoc qd Thomas. q. vij. vbi querit. vtrum angelus ⁊ aĩa differunt spẽ: In rñsione pncipali vult. ꝙ nõ solũ angeli oẽs ab aĩa: sz etiã oẽs ab inuicẽ differunt spẽ. Et in respõsione quinti argumenti dicit. ꝙ intelligere diuersorum angelorum nõ est eiusdem spẽi. ⁊ ad hoc innuit talẽ rõnem. Hoc inquit remoto ꝙ angeli nõ sunt forme corporũ sicut aĩe. Si nõ sint cõpositi ex materia ⁊ forma nõ remanet angelorum ad aĩam vel ad inuicẽ nisi formalis dr̃ia. formalis aũt dr̃ia spẽm variat. vñ forma est que dat spẽm. ⁊ sic relinquit̃ ꝙ nõ solũ angeli ab aĩabus: sed ab inuicem differunt spẽ. Si quis aũt ponat ꝙ angeli sint cõpositi ex mã ⁊ forma. ⁊ silr̃ aĩa: adhuc hoc nõ põt stare. Si enim tam in angelis q̃ in aĩa sit mã. opz ꝙ illa sit vna de se sicut oĩum corporũ mã de se est vna: diuersificata tñ ſm formam. ⁊ si est de se vna: oportebit omnino ꝙ illius vnius mãe in cõmuni sit pncipiũ distinctionis angeloꝝ ab inuicem. ⁊ ab aĩa: sed diuersitas materie ante receptionẽ forme: que ſm diuisionẽ materie multiplicatur nõ põt intelligi fieri preter diuisiones quãtitatiuas. Si enim talis diuersitas preexistebat in mã aĩe vel angeli: sequit̃ ꝙ aĩe ⁊ angeli sint cõpositi ex mã corpea: qd nullus dicit. Si vo mã eoꝝ nõ sit vna sed diuersoꝝ ordinũ: hoc nõ põt poni nisi ſm ordinem ad formas diuersas. sed talis diuersitas ordinis exigit formas diuersarum specierum. ergo adhuc angeli ab anima ⁊ ab inuicem differunt specie.

Corruptorium.

Corruptorium. Qz angelus ab aia differat
specie hoc cōcedimus sed de
angelis oib⁹ ab inuicē hoc negamus. Uñ Dam̄.in logica
sua cap̄.xi.de substantia ⁊ nã ⁊c. Eximiores inquit phi na-
turas vocauerūt spēs spālissimas angelū ⁊ hominē equū
⁊ asinū: ⁊ similia. vt vniuersaliores ⁊ cōstitutiue hyposta-
sum. Et infra eo.cap̄. Sancti patres dimittentes multas
cōtētiosas garrulitates cōmune quid ⁊ de multis dictū .i.
specialissimā speciē substantiā ⁊ nãm vocauerunt: vt an-
gelū. equūz ⁊ canem. Ecce teste Dam̄. tam ̄fm phos q̄ ̄fz
sanctos patres: angelus est spēs specialissima. Et ifra ca.p̄
xxix. de persona Gabrielis. Cū sancta dei genitrice dispu-
tans vnus angeloꝝ: existens solus illic presens: disputat
separatus a cōsubstantialibus angelis per eā que in loco
est p̄sentiā ⁊ disputationes. ¶ Ad argumētū dici pōt: q̄
nō est vna cōmunis mã spūalium sicut corporaliū. Ma-
teria enim corporaliū dicit̄ vna ⁊ cōmunis ̄fm p̄mã signi
ficationē que est. q̄ cōmune dicit̄ qd̄ in p̄tes diuiditur. ⁊
hoc mō totū cōmune est. sed partes eius sunt singulariuz
⁊ singuloꝝ: vt punctus factus: vt distinguit Boetius qua-
tuor acceptiones cōmunis in p̄ncipio. super p̄dicamenta.
⁊ hoc mō mã corporalis dicit̄ cōmunis. q2 ex alia ⁊ alia
p̄te eius fiūt corporalia singularia: ita q̄ nequaq̄ qd̄libet
ex tota. ⁊ hec est diuisio quantitatiua p̄pter quā fieri pos-
sunt multa indiuidua vni⁹ spēi in corporalib⁹. taliū autez
cōmunitatē ⁊ taliū diuisibilitatē nō ponimus in materia
spūaliū. sed potius vnūqd̄qz indiuiduū in spūalibus cau-
sari simul. s. q̄tū ad materiā ⁊ q̄tū ad formā ⁊ totam ma-
teriā in vnoquoqz cōprehendi. ⁊ p̄pter hoc plures possunt
esse sub vna ⁊ eadē spē. lz mã nō sit diuisibilis ̄fm quan-
titatē dimensiuā: que est tota multiplex ̄fm numeruz. qđ
p̄ celi .t. igit̄ phs dicit. q̄ nō possunt esse plures mūdi. q2 mundus
c^ti.76.⁊ cōstat ex tota sua mã dictū suū intelligibile est ̄fm suam
79.t.c. opinionē quā hēt de materia. s. q̄ mã est ingenerabilis ⁊
c^ti.98. incorruptibilis. Hoc posito nō est possibile ponere plures
mundos esse. Sed certe si ipse credidisset sicut vitas est:
mãm corporalē totius mundi fuisse creatam. ⁊ eodē mō
deum posse creare scd̄am ⁊ tertiā nunq̄ negasset positio-
nē pluriū mundoꝝ q̄q̄ iste mundus occuparet totā ma-
teriam p̄mo creatam. q2 multe materie similes illi creari
possent. Eodez mō dico in spūalibus. vnde dico q̄ in illis
multitudo indiuiduoꝝ nō est per hoc q̄ vnuz habet par-
tem materie spūalis ⁊ diuisaz ab alia. q2 materia spiritua-
lis cū nō sit quanta nō est diuisibilis in partes quātitati-
uas. sed vnūqd̄qz habet materiā suā totam in se: nō tem-
pore sed origine precedentē. Uñ Aug⁹ super Geñ. ad litte
ram. cap̄. xxi. li. ij. ponit hoc exemplū de centro imaginem
de centro circuli exire in finitas lineas. cōstat q̄ quelibet
earū a centro est ducta ad circūferētiā. ⁊ q̄ centrū est vn⁹:
⁊ idē punctus terminans lineas omnes. diuiduntur tamē
oēs ab inuicez ̄fm punctū sicut p̄us. ⁊ illud est quod erat
prius. ⁊ hoc nō posset esse nisi vnus ⁊ idem punctus fact⁹
esset multa puncta. ⁊ tamen nō cōuenit dicere q̄ ille pun
ctus terminatus dū cōtinuat omnes lineas illas esset di-
uisibilis in partes dimensiuas siue quantitatiuas: sed diui
sibilis per habitudinē ⁊ ordinem ad diuersas formas: sed
est vnū ⁊ indiuisibile ̄fz materiā. ⁊ sic multa indiuisibilia
̄fm potentiā. vñ ad formā arg^ti cuz dicit. q̄ opz materiaz
spūalium ad hoc q̄ possit esse causa multiplicationis sup
positoꝝ sub vna forma habere diuersas partes quantita-
tiuas ad diuersas formas. Respondendū est per interem
ptionem. q̄ nec sic nec sic: sed sufficit q̄ eadem rō possit
multiplicari ̄fm numerū. ⁊ sit multa in potentia.

Responsio ad hec ̄fm Thomam. Ad ea que hic
obijciunt̄ responsum est supra in rñsio
nibus ad obiecta cōtra p̄mã p̄tem sūme. ar. x. vbi ⁊ respō-
sio eoꝝ ad argumēta Tho. euacuant̄. Qd̄ aūt respondēt
ad dictū phi de vnitate mundi: nihil est ad p̄positūz. pla
num est enim q̄ materia mundi quo ad plures eius p̄tes
quātitati dimēsiue est subiecta. vñ hñ ɔtingeret intellige
re diuisionē materie p̄tium mundi de nouo creataꝝ rōne
quantitatis dimensiue cōsimilis. quā diuisionē nō cōtin-
git in sola materia inuenire oī quātitate circūscripta q̄lis
poneret̄ in angelis si mã aliqua esset in eis. Iterū suppos
to q̄ aliqua materia sit occupata totaliter a sua forma: ni-
hilominus posset distingui ab alia mã. eiusdem rōnis vbi
q̄titas dimēsiua posset inueniri. sicut si deus in esse p̄du-
ceret plures soles. sed hoc non pōt poni in mã angeli que
posset fingi totaliter a sua forma occupata. q2 nulla huius-
modi quantitas etiā ab ipsis fictoribus fingit̄ in eadem.
¶ Qd̄ v̄o dicunt de puncto centrali nec vbi dicūt nec ali-
bi ab Aug̊ ad istam mãm inueni applicatum. sed esto q̄
Aug⁹ ponat multas lineas in centro terminari: nunq̄ tñ
ponit qd̄ veritati aduersatur. q̄ idē punctus centralis per
hoc numeret̄. Est eniz idē punctus re solū variatus rōne
ex diuersa sua habitudine vt patet per phm. ij. de aia. vbi t.c^ti.ij;
per hoc exemplū sensus cōmunis declarat vnitatem.

ARticulus Quartus. De hoc qd̄ Tho
mas. q. viij. vbi querit: vtꝝ
aia rōnalis tali corpori debeat vniri: In rñ-
sione. iij. argumēti. sustinet aiam intellectua-
lem esse aliquā p̄fectionem corporis celestis
vt forma. que quidē potentiā intellectiuā habet: nō autē
sensitiuā: vt ex verbis Aristo. colligi vel accipi pōt. Et in
rñsione 4^ti argumēti dicit. q̄ sicut per nãm suam omnes
intellectuales substātie possent peccare. tamen ex electio-
ne diuina ⁊ predestinatione per auxiliū gratie plures fue-
runt conseruate ne peccarent.

Corruptorium. Ad hanc positionem videtur
inductus fuisse tali rōne que
dicebat̄ a respondente. Corpus humanū q̄uis sit elemen
tatū: ex hoc tamen q̄ est redactū ad equalitatē cōmixtio
nis: habet similitudinem cum celo. qd̄ omnino elongatū
est a cōtrarijs. ⁊ inde est sic nobilitatū vt anima rationa-
lis possit cōsequenter vniri. Et hanc materiā in parte vi-
detur tangere Auicenna in sexto naturalium. p̄te. viij. ar-
ticulo. v. Complexioni inquit que magis accessit ad me-
diū erit complexionatū ⁊ magis fiet aptum ad recipien-
dum augmentum perfectionis vite. Cū v̄o aptissimū fue
rit: ita vt ɔtraria equaliter sunt in eo ⁊ equaliter operent̄:
adaptabitur p̄fectioni vite rōnalis vel vite celestis. Hec
aūt aptitudo est a spū humano. ¶ Et idem dicit parte vl
tima cap̄. vltimo. Et ex hoc format̄ talis ratio. Si nobili-
tas corporis humani in hoc cōsistit q̄ vniat̄ ⁊ assimiletur
corpori celesti: videtur q̄ corpus celeste nobilius sit. ⁊ pro-
pter hoc cū perfectio debet p̄portionari perfectibili: cor-
pus celeste debet habere nobiliorē p̄fectionē q̄ sit anima
rōnalis. ¶ Reuera opinio videt̄ phi. q̄ corpora celestia 2°.t.c^ti.
sint aiata. vt patet lib° de celo ⁊ mundo. Et Auicenna ⁊ 17.⁊ ali-
omnes peripatetici idem dicunt. Et Aug⁹ etiam de hac bi.
materia dubitare videt̄ in enchiridion. Certū inquā non
habeo vtrū ad societatez angeloꝝ pertineant sol ⁊ luna ⁊
cuncta sydera. q̄uis nōnulla esse lucida corpora: nō tamē
sensibilia vel intelligentia videantur. tamen tenendū est
q̄ corpus celi nō est animatū. Uñ Dam̄. libro. ij. cap̄. vi.
Nullus celos animatos vel luminaria existimet. Inani-
mati enim sunt ⁊ insensibiles. celū. terra. lapis vitā nō ha
bent. ⁊ tñ in deo vita sunt. Signū ad hoc videt̄ q̄ dixim⁹
homo totus diuinus ab apostolis eruditus p̄cipue a Pau
lo vsqz ad celū rapto, qui cū omnē dispositionē hierarchie

ecclesiastice ⁊ angelice vel celestis tradidit: nunq̃ tradi-
dit de dispositione stellatis hierarchie. Si autē celi essent
aiati: certe essent hierarchici. ⁊ si essent: nō saltasset Dio-
nysius a hierarchia angelica ad ecclesiasticam: nisi tange-
ret aliquid de stellari. Neq̃ aliquem moueat ita ꝙ dicat
ꝙ Dionysius de celesti hierarchia loq̃r. q2 absq̃ dubio
celestē vocat angelicā. ¶ Itē si celi essent animati: cōstat
ꝙ sicut illa corpora sunt nobiliora nostris: ita ꝓportiona-
biliter anima eoꝝ esset nobilior aīa nostra. ⁊ per ↄ̄sequēs
celi essent nobiliores hoīb⁹. ⁊ ita cū nobilius nō sit ꝓpter
ignobilius: nō essent corꝑa celestia creata ꝓpter hoīes. cu-
ius cōtrariū scribit̃ Deuter̃. iv. Ne inquit eleuatis oculis
in celū videas solē ⁊ lunā ⁊ oīa astra celi. ⁊ errore decept⁹
adores ea ⁊ colas que creauit deus in ministeriū cunctis
gentibus que sunt sub celo. ¶ Ad rōnē dicit pōt. ꝙ corꝑa
celestia nobiliora sunt corporibus aīaliū ſm qd: inquātū
illa incorruptibilia sunt: hec aūt corruptibilia. simpliciter
aūt ecōuerso est. Omne enim animatū ordine nāe est no-
bilius inanimato. ⁊ omne corpus (vt ita dicā) aīale est no-
bilius inaīali. Et qđ dicit ꝙ elongatio a ↄ̄trario vel per na-
turā: vt quinta essentia. vel per accessuz ad temperamētū
⁊ equalitatē cōmixtionis est adaptatio corporis ad reci-
piendū formā perfectiorē: videt̃ nō esse veruz simpliciter
loquendo. Huius aūt signū habemus in ꝑtib⁹ corꝑis. con-
stat enim ꝙ corꝑus ⁊ spūs sunt aptiora ad perfectionem
vite suscipiendā ab aīa q̃z caro vel cutis. ⁊ tñ caro ⁊ cutis
magis accedūt ad temperamētū q̃z cor ⁊ spūs. sicut dicit
Auicenna in p̃mo canone. cap. iiij. de cōmixtionibus mē-
brorum sic inquiens. Qđ aūt in corꝑe est calidius est spūs
⁊ cor a quo ꝓcedit. Et in cap̃ p̃cedenti ita dicit his verbis.
Iā manifestū fit ꝙ mēbra p̃ncipalia nō sunt equalitati re-
cte multū ꝓpinqua. imo opz ꝙ caro ſm ꝙ caro sit mem-
brum equalitati propinquius q̃z cetera membra cutis ta-
men carne propinquior.

Responsio ad hec ſm Thomā. Positio illa ꝙ ce-
li sunt animati: a Thoma nec hic nec
alibi affirmat̃. ipse enim hec sub dubio derelinquit sine
aliqua affirmatione. qđ patet per v̄ba eius in huius que-
stionis determinatione. postq̃z eniz dixit quosdā pħos ⁊
doctores catholicos posuisse celos animatos. ⁊ Aug⁹ hoc
sub dubio dereliquisse. Damas̃. oppositū asserente subiū-
git. ꝙ hec positio apud modernos theologos cōueniētior
est. ꝙ celi nō sunt animati. sicut dicit Dama. super quo he-
sitauit Aug⁹ super Gen̄. lib⁹. i. cap̃. vltimo. ⁊ in enchi. xli.
Cuius exēplo etiā Thomas hoc sub dubio derelinquit
lib⁹. ij. cōtra Gentiles cap̃. lxix. sic dicēs. Hoc aūt qđ dictū
est de animatione celi: nō diximus quasi asserēdo ſm fidei
doctrinā ad quā nihil ꝑtinet siue sic siue aliter dicat̃. Vñ
Aug⁹ in ench. nec illud quidē certū habeo vtꝝ ad societa-
tē angeloꝝ pertineāt sol ⁊ luna ⁊ cuncta sydera. q̃uis non
nulla lucida esse corpora: nō tñ sensibilia vel intelligētia
videant̃. Ecce doctor noster egregius eximio doctori bea-
to Augustino sic in hoc articulo se cōiungit: vt vnus sine
alio nequeat reprehendi. Qñ igit̃ isti sibi imponūt. ꝙ ad
hāc positionez quadā rōne quā ipsi explicant fuerit indu-
ctus. manifestū est ꝙ falsum dicunt. qđ patet ex v̄bis eius
in huiusmodi questionis r̄nsione vbi ait. Hoc pro firmo
tenentes dicimus ꝙ corpora celestia ab aliquo intellectu
mouentur saltē sepato ꝓpter argumēta. tñ vtrāq̃ partē
sustinentes dicam⁹ ⁊c̃. Ecce nullū argumētū ad alteram
ꝑtē opinandā induxit cū rōnes ad vtrāq̃ ꝑtem dissoluat.
Ad p^m ¶ Rōnes aūt quas ipsi hic ponūt paꝝ valent. ¶ Ad pri-
mā igit̃ Dionysij dōz. ꝙ Dionysi⁹ loquēs de hierar. ange-
lica satis determinauit de intellectib⁹ q̃b⁹ celi aiant̃: cum
illi si qui tales sunt ꝑtineant ad societatē angeloꝝ ſm Au-
gustinū. vñ nō oportuit hoc sanū aliquē imaginari. ¶ Ad Ad 2^m
2^m cū dicūt corꝑa celestia esse ꝓpter hoīem. ex quo videt̃
ꝙ hō sit nobilius ipsis. ¶ Dicendū ꝙ hoc nō sequit̃. Con- Heb. i.
stat enim ꝙ angeli sunt administratorij spūs in ministe-
riū missi ꝓpter eos qui hereditatē capiūt salutis. Nec tñ
sequit̃ ꝙ hoīes pro q̃bus mittuntur sint ipsis nobiliores.
¶ Itē posset dici ꝙ homo est nobilius q̃z illud qđ oculo
corporali in corꝑibus celestibus pōt ꝓpendi. qđ vtiq̃ ce-
dit hominibus ad vtilitatē. vñ ideo p̃cipit̃ in scriptura il-
la. ne horum cōsideratione aliqui corꝑa illa adorent. Ra-
tioni v̄o illi non oportebat eos tam studiose r̄ndere: cum
Thomas eā nō ponat. nec illi vllatenus innitatur.

ARticulus Quintus. De hoc qđ Tho^m
q. ix. vbi querit: vtruz aīa rō-
nalis vniat̃ māe corꝑali per mediū. dicit in re-
sponsione p̃ncipali. ꝙ eadē numero forma est
per quā res hēt ꝙ sit in vltima specie spālissi-
ma ⁊ intermedijs generibus oībus. ⁊ infra. Nō est inquit
aliqua forma media inter aīam ⁊ māmm p̃mā. sed hō ab
ipsa aīa perficit̃ ſm diuersos gradus ꝑfectionis: vt sit cor-
pus ⁊ aiatū ⁊ rōnale. Et infra sic. Igitur aīa vt est forma
dans esse: nō habet aliqđ mediū inter se ⁊ mām p̃mā. Si-
mile dicit in responsione. v. argumēti. Et infra: vtꝝ in ho-
mine aīa rōnalis ⁊ sensibilis ⁊ vegetatiua sint vna substā-
tia. Et infra. q. iij. in r̄nsione p̃ncipali dicit ꝙ nulla forma
subalis vnit̃ māe mediante alia forma substantiali.

Corruptorium. Hec positio q̃ntum ad hoc ꝙ
negat gradū formarū repro-
bata est superius in prima ꝑte. ¶ P̃. hoc qđ dicit ꝙ nulla
forma substātialis vnit̃ māe mediāte alia forma subali.
sed oīs forma subalis vnit̃ māe p̃me imediate: est cōtra
Cōmē. vt videt̃: qui dicit sup. ij. pħi^r. sup ꝑticulā illā que
dicit. ⁊ quacūq̃ istoꝝ sit vnus modus. Naz est mā p̃ma
subiecta oībus formis: qm̄ nō est cōposita ex mā ⁊ forma.
Itē simile huius dicit circa. xi. meta^{cc}. super illud dubitā-
dū videlz est. qđlibet inquit ens habet cū mā ente mām
p̃mā. ¶ Itē. q. xi. vbi querit: vtꝝ aīa rōnalis. sensibilis ⁊
vegetabilis sit vna suba: In r̄nsiōe p̃ncipali dicit. Relin-
quitur ergo ꝙ in hoīe sit tñ vna aīa ſm subam que est rō-
nabilis. sensibilis ⁊ vegetabilis. ⁊ hoc ↄ̄n̄s est ei qđ osten-
dimus in p̃cedentib⁹ de ordine formaꝝ subaliū. ꝙ nulla
forma vnit̃ māe mediante alia forma subali. sed forma
ꝑfectior dat q̃cq̃d dat forma imꝑfectior ⁊ amplius. Vñ
aīa rōnalis dat corpori humano q̃cq̃d dat aīa sensibilis
brutis ⁊ vegetabilis plantis. Hec positio lz inquantū ne-
gat gradū formaꝝ improbata sit supius: verūtñ q2 predi-
ctā positionē conat̃ munire rōnibus: tentandū est eas dis-
soluere. Dicit ergo in r̄nsione p̃ncipali eadē. q. paꝝ supra.
Si dicat̃: hō est aīal. aīal est corpus. corpus est substantia. i
erit per accidens. ⁊ ꝙ hō nō est vere illud qđ est aīal per
se. Et ita sequit̃ aliud incōueniēs ex pluribus actu existē- 2
tibus nō fit vnū simpl'r: nisi sit aliqđ vniens: ⁊ aliquo mo-
do ligans ea adinuicem. Si ergo ſm diuersas formas sor-
tes est homo ⁊ aīal: indigerent hec duo ad hoc ꝙ vnirent̃
simpl'r aliquo qđ faceret ea vnum. Vnde cum hoc nō sit 3
assignare: remanebit ꝙ homo nō erit vnum nisi aggrega-
tiue: sicut aceruus qui est ſm quid vnū ⁊ simpliciter mul-
ta. Et ita aliud incōueniens sequit̃ ꝙ aīa rōnalis sit acci-
dētalis forma. qđ sic declarat. Cū genus sit spāle p̃dicatū:
opz ꝙ forma ſm quā indiuiduū habet p̃dicationē generis
sit forma substantialis. ⁊ ita opz ꝙ forma singularis ſm
quā sortes dicit̃ aīal sit subalis in eo. ⁊ sic nece est ꝙ det
eē simpl'r corꝑi: ⁊ faciat ipm hoc aliqd. Aīa igit̃ rōnalis si
est alia ſz subam: cū adueniat ei iam subsistēti: vñ nō erit
forma subalis sz accidētalis. ⁊ sic nō dabit esse specificū.

Hec

Hec icõueniētia vel rõnes ɔfirmāt positionē de vnitate
Ad p^m forme in cõposito. ¶ Ad p^m ergo dōm: ꝙ illud est in for/
mis nõ habentibus ordinem essentialē adinuicem: sicut
est albū ꝛ musicum: ꝛ huiusmodi. In formis aūt habenti
bus specialem ordinē adinuicem ſm magis ꝑfectū ꝛ mi/
nus: fallit tam in accidentalibus q̃ȝ in substātialibus. Si
enim nix vel sortes est albus: sortes est coloratus: ꝛ essen/
tiali ꝑdicatione albū est coloratū. similiter in substantiali
bus. sortes est homo: ꝛ homo est animal. ergo sortes est
Ad 2^m animal. ¶ Ad secūdū dicendum. ꝙ ex pluribus existen/
tibus in actu non fit vnum: verum est quando actus ita
completus est. ꝙ nõ est in potentia ad vlteriorē ꝑfectio/
nem. In formis aūt substantialibus adinuicez ordinatis:
forme generaliores ꝛ si aliquo mõ sint actu ꝛ completiue
tamen sunt imperfecte ꝛ in potētia respectu vlterioris cõ/
plementi per formas minus vniuersales vsqȝ ad formaȝ
spālissimā. ¶ Et cū addit. si ſm diuersas formas sortes
est homo ꝛ aīal indigerent ꝛc. ¶ Dicendū ꝙ vna illaruȝ
formaꝝ prior. s. est in potētia ꝛ quasi materialis respectu
forme vlterioris vel posterioris. materialis inquā nõ ſm
se: sed ſm ꝙ disponit materiaȝ: ꝛ adaptat respectu forme
posterioris. Ideo sicut materia ꝛ forma vniūtur sine me
t.c°.27 dio vniente ea: sicut dicit phs. iiij. meta^ce. ita ille forme nõ
Ad 3^m indigēt aliquo medio vniēte eas. ¶ Ad 3^m: incõueniēs. s.
ꝙ aīa rõnalis est forma accidentalis ꝛc. ¶ Dicendum ꝙ
nõ omnis forma substantialis adueniēs alicui dat ei esse
vltimū ꝛ completū in specie spālissima: qȝ expresse argui
pōt. ex eo ꝙ phs dicit. xvi. de aialibus. s. ꝙ embrio nõ est
simul animal ꝛ equus. alioquin forma per quam embrio
est equus: cum prius tempore sit animal: esset forma acci
dentalis. quod constat esse falsum.

Responsio ad hec ſm Thomam. Uerum est ꝙ
hanc positionem supra reprobauerūt
ar. xxxi. cõtra ꝑmam partē. vbi via est declarata. ꝙ argu/
menta eoꝝ sunt nullius momenti. ꝛ responsiones eoꝝ ad
argumenta Thome multa impossibilia includere cõclu/
duntur. Quia vō rõnes quas afferunt hic in nullo realiter
ab illis differunt. nihil quippe reale addunt. per ipsa eadē
que ibi habentur poterunt improbari.

ARticulus Sextus. De hoc qȝ Tho/
mas dicit. q. xiiij. vbi querit
de imortalitate aīe. Et in. rñsione principali
dicit. sic manifestū est ꝙ ꝑncipium. s. anima
de qua loquit̄: nõ est cõposita ex materia ꝛ
forma. qꝛ species in ea recipiuntur imaterialiter. qȝ decla
rat ex hoc ꝙ intellectus est vniuersalium: que abstrahun
tur a materia ꝛ a cõditionibus materie. ¶ Item. q. an aīa
rõnalis sit creata in corpore vel extra corpus. In respon/
sione ꝑncipali dicit. ꝙ aīa nõ est cõposita ex mā ꝛ forma:

Correptorium. Hec positio videtur esse con/
tra fidem. naȝ qȝ nullam ha/
bet materiam nullius transmutationis est susceptiuum.
ergo si anima nõ habet materiam nõ transmutatur de vi
tijs ad v̄tutes: nec econuerso. nec de gr̃a ad gloriaȝ: nec de
tristitia ad letitiā. nec de aquis niuium ad calorem nimiū
Job. xxiiij. Unde Aug°. vij. super Geñ. ad litteram. cap. x.
Si qõdam imutabile esset aīa: nullo mõ eius materiam
querere deberemus. nūc aūt eius mutabilitas indicat eā
interim vitijs ꝛ fallacijs deformem reddi. formari autē
v̄tutibus v̄tutisqȝ doctrina. Et infra ibidem lib°. xxv. cap.
viij. loquēs de mā aīe quā inquit formationē suā nõ tem
pore sed origine precederet. ꝙ nisi de mā spūali facta aīa
congruentius credit̄. ¶ ꝑ. lib°. v. super Geñ. cap. viij. ex/
presse dicit Aug° materiā esse corporalem ꝛ spiritualem.
Ait enim. Non temporali sed causali ordine prius facta
est informis formabilisqȝ materies: ꝛ corporalis ꝛ spiritua/
lis. de qua fieret qȝ faciendū esset. Hec Aug°. Unde dicta
positio videtur fauere sexto errori de angelis ɔdemnato:
qui est ꝙ in abstractis substantijs nulla est possibilis trā/
smutatio. nec sunt in potentia ad aliquid ꝙ eterne sunt ꝛ
imunes a materia. ¶ ꝑ. si nõ haberet materiam ꝛ esset t.c°.55.
forma tm̄: nihil pateret̄: dicente phō ꝑ de genera. ꝙ mate
rie est pati. ꝛ ibidem. materia ſm ꝙ materia passiuuȝ est.
¶ ꝑ. si est forma simplex: nullius accidentis esset subie/
ctū. ꝛ ita nec reciperet vitium nec v̄tutē nec penā nec bea
titudinē. dicente Boe. de tri. xiij. cap. neqȝ deus fieri pōt
subiectuȝ forma enim est. forme aūt subesse non possunt.
Nā ꝙ forme subiecte sunt accidentibus vt humanitas:
non ita accidentia accipit in eo ꝙ ipsa est. sed in eo ꝙ sibi
ita materia subiecta est. dū eniȝ materia subiecta huma/
nitati suscipit quodlibet accidens: ipsa humanitas susci/
pere videt̄. forma enim que est sine materia subiectum
esse nõ poterit. Hoc etiam patet per rõnē sic. In omnib⁹
que ordinate agunt: scdm agens nõ agit nisi in v̄tute pri/
mi agentis. quoniā plus agit in causatū q̃ȝ secundū agēs:
vt habet̄ libro de causis. ergo similiter in patiētibus nihil
patiet̄ nisi in ratione ꝑmi passiui. Sicut aūt forma est pri
mū ꝑncipiū siue ꝑma ratio agendi. Omne enim qȝ agit
per formā suā: agit ita ꝑmū ꝑncipiū vel ꝑma ratio patien
di est materia. ergo sicut illud qȝ caret omni forma non
agit ita. s. anima si caret omni mā nõ patiet̄. ¶ Ad ratio/
nem positionis dici potest. ꝙ hec consequentia nõ tenet.
Species recipit̄ in intellectu imaterialiter. ergo est ima/
terialis. Instantia manifesta est in oī sensu ꝛ imaginatio/
ne. sensus enim est susceptiuus speꝝ sine mā. ꝛ tm̄ non est
imaterialis. sed cõstat ꝙ sunt v̄tutes in mā. Oculus eniȝ
pupilla est ꝛ visus: vt dicit phs. ij. de aīa. ¶ ꝑ. si opȝ intel t.c°.10.
lectū ꝛ animam assimiliari cõditionibus rei quā recipit.
ergo qñ recipit abstracta ab hic ꝛ nunc: ꝛ ab oī differētia
loci ꝛ temporis: tūc nõ alicubi ꝛ aliquādo est: qȝ est iposſi
bile. Restat igit̄ ꝙ ista ɔsequentia non valet. ¶ Adhuc
alio mõ ostendit̄: ꝙ rõ positionis nõ cogit. Nā abstractū
a mā ꝛ a cõditionibus eius: pōt intelligi dupl̄r. s. qꝛ vel qȝ
intelligit̄: intelligit̄ in sua natura nõ completa: vel absqȝ
materia ꝛ cõditionibus materie cõsiderat̄. Primum est
falsum. nam obiectum intellectus est qd vel qdditas. vt t.c°.9.ꝛ
habet̄. iij. de aīa. ꝛ. iiij. metaphy^ce: v̄sus finez ab Auicenna 10.
vbi ꝛ addit̄. ꝙ quidditas rei que itelligit̄: nõ est materia t.c°.28.
neqȝ forma: sed cõpositū cõplectēs mām ꝛ formā. Scdȝ
etiam simpliciter nõ est veꝝ. Nā lȝ intellectus abstrahat
a materia vt a corporali dimensione. nõ tamen ab omni.
¶ ꝑ. nullū inconueniens est. ꝙ vniuersale abstractuȝ a
materia corpali sit in intellectu habente materiā spūaleȝ
ꝛ intelligibilem. Nam vt dicit Auicēna. vi. metaphy^ce. lo
quens de vniuersali forma que respectu indiuiduoꝝ est
vniuersalis respectu anime cui imprimit̄ idiuidualis est
ꝛ singularis est. Cū igitur singulare nõ repugnat materie:
ꝛ vniuersale ſm q; est in anima est idiuidua forma ꝛ sin/
gularis: vtiam dixit Auicenna. nullum est inconueniens
intellectū habere mām ꝑpter hoc ꝙ recipit vniuersale.

Responsio ad hec ſm Thomam. Totum qȝ hic
dicunt innitit̄ cuidaȝ falsitati qua fin
gunt quandam materiam spiritualem. ex qua cum for/
ma angelus ꝛ anima componantur: quam nunq̃ȝ philoso
phus posuit nec etiam Aug° de huiusmodi materia intel/
lexit vbi materie spiritualis mentionē fecit. imo sicut di/
ctū est supra in responsionibus ad obiecta contra ꝑmam
partem. ar. x. materiā spūalē noiauit nām angelicā nõdū
gratia ꝛ gloria ꝑfectā sicut per tex. Aug. ꝓbat̄ ibideȝ. vbi
ēt declarat̄ qr̄ nulla forma in mā circūscriptis dimēsiōi/

bus indiuiduatur. cuiuſmodi tamen formã habet mate-
ria illa ſpūalis quaꝫ fingunt. vnde cū vba eoꝝ huic fictio-
ni innitat̄ ſufficienter: ex hoc falſitas obnoxia cõpꝛobat̄.

Articulus Septimus.

De hoc quod Thomas. q. xv. vbi querit
vtꝝ anima ſeparata poſſit intelligere. In rñ
ſione pncipali dicit ſic. Subſtantie ſpūales
q̃to vnaqueqꝫ eſt altioꝛ tanto habet paucio-
res formas ⁊ virtutẽ magis potẽtẽꝫ ad intelligendũ oia
per formas paucas. Siſe huic dicit in reſponſione. xx. q.
que eſt. vtrum aia ſepata cognoſcat ſingularia. ⁊ idẽ in rñ
ſione. v. argumenti. ⁊ in de veritate. q. viij. ar. xiiij. que eſt
vtꝝ angeli cognoſcant multa: Et in reſponſione pncipa-
li dicit ſic. Quilibet angelus eadẽ forma intelligit multa.
ad minus oia ſingularia eiuſdẽ ſpẽi. Superioꝛes vo ange-
li plura poſſunt vna ſpecie intelligere q̃ inferioꝛes. qꝛ per
paucas formas plura poſſunt pfecte ⁊ diſtincte itelligere.

Coꝛruptoꝛium.

Iſtud falſum videt̄. nã ſi hoc
eſſet poſſibile: cum hoc ſit no-
bilitatis maxime: deberet hoc deo cõuenire. cuius cõtra-
riũ dicit Aug' in epiſtola ad Nebridiũ que ſic icipit. Re-
centiſſimis mihi ⁊c. ꝙ ad hominẽ faciendũ attinet hoĩs
quidẽ tñ nõ meã vel tuã ibi eſſe rõnem. Quantũ aũt ad
oꝛbẽ tempoꝛis: varias hominũ rões in illa ſancta trini-
tate viuere. Ecce ꝙ preter formas vniuerſales Aug' po-
nit in deo formas vel rões ſingulariũ. ¶ P̃. demus ali-
quẽ numerũ formaꝝ per quẽ ſumma intelligentia itelli-
git oia itelligibilia ſiue cognoſcibilia. verbi grã. centũ foꝛ-
mas cõſtat ꝙ deus innumerabiles itelligentias ⁊ ſuperio-
res gradatim ſup iſtam nobiliſſimã creare põt. ergo ſi ſ̃ꝫ
nobilitatẽ graduũ decreſcat numerus formaꝝ per quas
intelligentia intelligit: erit deuenire ad aliquã intelligen-
tiã que intelligit plura: imo oia que intelligit per vnã ſolã
formã. ⁊ alie ſuperioꝛes vel intelligunt ſine aliqua forma:
qd̃ eſt incõueniens. Sic enim excederent deũ (vt videt̄)
in nobilitate intelligendi. vel intelligerẽt per vnam. ⁊ tũc
inferioꝛes erunt pares ſuperioꝛibus q̃tum ad hoc: quod
eſt inconueniens etiam ſ̃m ſuam perfectionem.

Reſponſio

ad hec ſ̃m Thomã. Ad hec vo que hic
obijciunt̄: ſuperius patet ſolutio in rñ-
ſione ad obiecta cõtra pmã parteꝫ ar. xx. ⁊ qꝛ nihil aliter
adducunt. iõ nihil nouũ apponere decreuimus.

Articulus Octauus.

De hoc qd̃ Thomas
dicit. q. xv. vbi querit: vtrum
aia ſeparata poſſit intelligere. In reſponſione
duoꝝ vltimoꝝ arg^{oꝝ} ſcia in aia nata eſt cau-
ſari a phantaſmatibus ſ̃m ſtatum quo eſt coꝛ-
poꝛi vnita. ſ̃m quẽ ſtatũ nõ poterit cauſari a ſuperioꝛibus
agentibus tñ. Et ſtatim in reſponſione ſequenti dicit. ꝙ
ex hoc ꝙ ſcia ſubſtantiarũ ſeparataꝝ nõ eſt ꝓpoꝛtiona-
ta aie: nõ ſequit̄ ꝙ nullam intelligentiam ex eaꝝ influxu
capere poſſit: ſed ſolum ꝙ nõ poſſit capere pfectam ⁊ di-
ſtinctam vt dictum eſt.

Coꝛruptoꝛium.

i Primũ videt̄ erroneũ. qꝛ vi-
detur derogare diuine poten-
tie. quaſi deus nõ poſſit dare ſciam ꝓphetalem alicui. vel
etiam ſcientiam vniuerſalẽ ⁊ ſpecialẽ. qd̃ conſtat eſſe fal-
ſum. Immo poſſet deus alicui ceco a natiuitate dare ſciẽ-
tiam coloꝛum ⁊ aliarũ intentionum viſibilium. Conſtat
enim ꝙ deus multo plura põt per ſemetipſum q̃ natura
z per miniſterium ſuũ. ¶ Scdm etiam videt̄ falſum. quia
ꝓphete in reuelationibus ſibi factis pfectam ⁊ diſtinctaꝫ
pſciam futuroꝛum: ⁊ ſciam occultoꝝ recipiunt. vel ime-
diate a deo: vel mediãtibus angelis. ⁊ hoc ſiue in ſomnis
ſiue in vigilijs. ¶ Reſponſio etiã ſumpta ex impꝛopoꝛ-
tione ſcientie: nõ cogit. qꝛ agens a pꝛopoſito nõ agit ꝓpoꝛ-
tionabiliter ſ̃m diſpoſitionẽ ſuã ſicut agens naturale: ſed
ſ̃m beneplacitũ arbitrij. Sigas enim qui ⁊ de excellentia
poteſtatis ſue poſſit tenere taurum vel dextrarium ꝙ nõ
euaderet: poteſt adeo tenuiter tenere arietẽ ſi vult ꝙ eua-
dat. Exemplũ eſt Anſelmi de oꝛiginali peccato. Conſtat
aũt ꝙ deus ⁊ angeli infundendo ſcientiam agunt a ꝓpo-
ſito. ⁊ ideo ratio non valet.

Reſponſio

ad hec ſ̃m Thomam. Dicere ꝙ aliqd
ꝯueniat rei naturaliter ita ꝙ ſaluo na- Ad p^m
ture oꝛdine nõ poſſit aliter cõtingere: nõ derogat diuine
potentie: que poteſt ſuper nature oꝛdinẽ. ꝓpter qd̃ ad pri-
mũ patet ſolutio. ¶ Sciendũ etiam eſt. ꝙ in reuelatione Ad z^m
facta ꝓphetis: cõmuniter ſeruatus eſt oꝛdo nature. patet
enim ꝙ in eis foꝛmabant̄ imagines rerum ſenſatarum.
lꝫ foꝛte alicui facta fuerit reuelatio alio mõ: ſicut Paulo z. coꝛ. iz
rapto. ⁊ ſic per hoc patet ſolutio ad ſecundum.

Articulus Nonus

de hoc quod Tho-
mas. q. xviij. vbi querit: vtꝝ
aia ſeparata cognoſcit oia naturalia. In rñſio-
ne. ij. argumenti dicit. ꝙ in illis qui ſciam ali-
quoꝝ naturaliũ acquiſierunt in hac vita erit
determinata cognitio in ſpeciebus eoꝛum que hic acqui-
ſierunt. alioꝛum vo confuſa ⁊ vniuerſalis.

Coꝛruptoꝛium.

Si intelligat de oibus actio-
nibus naturalibus falſuꝫ eſt
⁊ videt̄ erroneũ. cõſtat enim ꝙ aie beatoꝝ aliqua natura-
lia cognoſcent in vbo. quoꝝ cognitionẽ hic nõ acquiſie-
runt. cognitio autem reruꝫ in verbo eſt pfectioꝛ ⁊ certioꝛ.
⁊ per cõſequẽs nõ cõfuſa ſed ſpecialis ⁊ diſtincta: etiam
magis q̃ rerũ cognitio veſptina. ⁊ q̃ aliqua cognitio acq-
ſita hic per experientiaꝫ ſenſuum vel doctrinã. ¶ P̃. tũc
vacantes ſtudio ⁊ ſcie perfectioꝛẽ ſciam haberẽt in patria
q̃ illi qui vacant charitati ⁊ pietati. qd̃ falſum videt̄. quia
plus remũerabit̄ charitas ⁊ pietas: q̃ ſcia ⁊ ſtudiũ ſciẽdi.

Reſponſio

ad hec ſ̃m Thomaꝫ. Quod hic dicit
Tho. nõ habet intelligi de notitia re-
rum in verbo. ſed de notitia rerum quodammõ naturali
ipſi aie ſeparate. put patet intuenti. vnde obiectiones nõ
ſunt contra eum. ⁊ miruꝫ eſt ꝙ viriliter contra eum tam
ſuperficialiter arguere voluerunt.

Articulus Decimus.

De hoc qd̃ Tho-
mas. q. x. vbi querit: vtruꝫ
aia ſeparata cognoſcit ſingularia: In reſpon-
ſione pmi argumenti dicit. ꝙ intellectus no-
ſter nunc cognoſcit per ſpecies a rebus acce-
ptas que abſtracte ſunt a materia: ⁊ ab oibus conditioni-
bus materie. ⁊ iõ nõ põt cognoſcere ſingularia. quoꝛum
pncipium eſt materia. Et in pma parte. q. lvi. ar. i. in rñſio-
ne. ij. argumenti dicit. ꝙ ſingulariũ que ſunt in rebus ma-
terialibus nõ eſt intellectus apud nos. nõ ratione ſingula-
ritatis: ſed rõne mãe que eſt in eis idiuiduatiõis pncipiũ.

Coꝛruptoꝛium.

Hoc videt̄ erroneum. ⁊ con- i
tra euangelium vbi dicit̄ in
Ioãne. Hec eſt vita eterna vt cognoſcãt te vnũ ſolũ verũ Ioã. i7.
deũ: ⁊ quẽ miſiſti ieſum chꝛiſtum. Conſtat ꝙ chꝛiſtus eſt
indiuiduum ⁊ ſingulare. qd̃ conſtat beatam animam vi-
dere: nõ ſenſu viſus ſed intellectu. vel nõ eſſet beata. Eſt
aũt beata. ergo intelligit chꝛiſtũ. ¶ Inſuper vna aia co- z
gnoſcit aliam: ⁊ tñ quelibet eſt ſingulare quoddaꝫ. ¶ P̃. 3
conſtat ꝙ peccata particularia ⁊ ſingularia ſunt ⁊ poſſunt
eſſe in ſuperioꝛi parte rõnis que tñ ſenſu nõ appꝛehendit
vel nunq̃ penitebit. Nõ enim penitebit niſi de hoc ꝙ ma-
lum cognoſcit vel intelligit. ¶ P̃. hec poſitio eſt contra 4
phõs ⁊ bonos moꝛes. nã ſi intellectus etiam nõ ſeparatus

non

non cognoscit vel intelligit singularia. sequitur ꝙ nō posset
ↄsiliari de opabilibus. nec inuenire rectā rōnē actionum
3 meth. 5 polyticarū: cum ōis actio sit singularis: ⁊ circa singularia.
¶ P̄. quo mō posset itellectus intelligibilē formā ⁊ sibi
cognoscibilē a singularibus abstrahere: si singularia non
cognosceret. nec posset terminū aliquē singularē ad cōpo
nendū ppositionē aliquā assumere. nec de veritate. nec
de significatione ōis ppositionis in qua ponit̄ terminus
singularis iudicare. Nec posset distinguere vniuersale ⁊
singulare: nisi cognosceret vtrūq;. Vñ cōstat ꝙ intellect⁹
2ᵒ.8. cognoscit vniūle ⁊ singulare sicut dicit Com̄ᵗᵒʳ. iij. de aīa.
sed differēter. qꝛ vniūle per se ⁊ nō cū sensu: hoc est dicere
ꝙ itellectus ⁊ sensus cognoscūt singulare: sed solus itelle
ctus vniūle. Itē in eadē. q. in solutiōe iij. arg. dicit. ꝙ aīe
sepate nō ipediūtur a cognoscēdis his que hic sunt. Dicit
scdo. ꝙ mortui nesciūt que hic agunt̄: sꝫ discūt ab eis qui
hinc trāseūt ad illos: ea que indicare sinūtur. ⁊ que eos au
dire oportet. Similiter quandoq; discunt ab angelis re
uelatione diuina: sicut etiam multa reuelata sunt prophe
tis viuentibus. ⁊ quandoq; mittuntur aliqui ex mortuis
2 cor. 12 ad viuos a quibus discunt. Sic econuerso Paulus viuus
raptus est in Paradisum. vbi didicit archana verba. Ex
his verbis Aug. colligitur ꝙ localis distātia ⁊ propinqui
tas facit ad cognitionem animarum separatarū. alioquin
nō oportebit aliquos hinc trāsire ad illos: vel mitti ab il
lis ad istos: ⁊ etiam ab illis ⁊ istis discere.

Responsio ad hec fm Thomā. Qualiter intelle
ctus cognoscit quidditatē rei abstra
ctam a cōditionibus materie. ⁊ per ↄñs vniuersale ipsum
per se ⁊ directe: ⁊ singularia m̄lia indirecte. ⁊ ꝙ iste obie
ctiōes sunt risu digne: pꝫ per ea que dicta sunt supra in re
sponsionibus ad obiecta ↄ p̄mā ptē ar. ij. Itē qualiter di
stantia localis nō impediat cognitionē angeli. nec per cō
sequens anime separate. Et qualiter habet intelligi quod
de Aug⁹ adducit patet supra articulo. xxxviij.

¶ Finit Correctoriū Egidij Ro. corruptorꝫ dictoꝝ Tho
me: in questionibus disputatis de Anima.

¶ Incipiunt responsiones Egidij Ro. ad obiecta cōtra di
cta sancti Thome in questionibus de Uirtutibus.

A Rticulus Primus. De hoc quod
Tho. q. xi. vbi q̄rit̄: vtꝝ
oēs teneant̄ ad pfectā charitatē habēdā:
In rñsiōe. vij. arg. dic̄. Sciēdū ꝙ ista que
dixit dñs discipulis suis. Nihil tuleritis
in via ⁊c̄. sꝫ ꝙ Aug. exponit in libro de cō
sensu euāgelistarū. nō ptinēt ad perfectio
Luce. 10 nem vite: sꝫ ad ptātē dignitatis aplice. per quā secū nihil
ferētes: viuere de his que ministrabātur ab his quib⁹ euā
geliū p̄dicabāt poterāt: vt ibidē dr̄. qꝛ dignus est operarius
mercede sua vel cibo suo. vñ nec preceptū fuit nec consi
lium: sed concessum. Et propter hoc Paulus qui secū ne
cessaria ferebat: non vtēs hac concessione: supererogabat
quasi militans proprijs stipendijs.

Corruptorium. Hec verba si bene aduertan
tur: ⁊ falsitatem continent: ⁊
perfectioni apostolice derogant. Quattuor enim dicuntur
in his verbis Tho. Vnū est. ꝙ predicta verba Saluato
ris. s. Nolite possidere aurum ⁊c̄. non pertinent ad perfe
ctionem vite. ¶ Secundum est ꝙ pertinent ad dignita
tem apostolicam. ¶ Tertium est ꝙ hec habentur de ex
positione beati Augustini in liᵒ de consensu euangelista
rum. ¶ Quartum est. ꝙ totū illud Nolite possidere au
rum ⁊c̄. vsq; mercede sua. non de consilio loquitur: sicut
patet consideranti verba sua. Totum inquit non est pre
ceptum nec consilium: sed concessum. ¶ Primum ergo
qd̄ dicit predicta verba saluatoris. Nolite possidere ⁊c̄.
non pertinere ad perfectionem falsum est ⁊ contra san
ctos. Dicit eniꝫ Chrysoˢ. home l. xxxiij. super Math. For
te diceret aliquis. quoniam quidem aliam rationem ha
berent: nō habere perā in manu aut duas tunicas: nec vir
gā: nec calciamētaque de cā iniūxerit. Et paucis interpo
sitis subdit. Etenim orbi terrarū doctores erat missurus.
⁊ pter hoc eligēs eos ex hoibus: istā duplici de cā ↄstituit
ab omni absolutos vite hui⁹ sollicitudine: vt vna sola de
tineātur que est doctrina. magis aūt ⁊ ab illa absoluit do
Mat. x. minus dicēs. Nolite cogitare qualiter aut qd loquamini.
Nihil enim ita gaudere facit vt a cura ⁊ sollicitudine esse
ereptū ⁊ maxime cū possibile sit esse ereptum ab hac immo
rari in illo deo pstē: ⁊ pre oibus eius officio. ¶ Itē Am
Act. 3. broˢ liᵒ. vi. sup Luc. sup illud. Nolite portare sacculum ⁊c̄.
Petrus apls cū posceret̄ a paupe: vt ei aliqd pecunie lar
giretur: ait. Argētū ⁊ aurū nō habeo. Iste gloriatur ꝙ nō
habebat argentū. ergo paupertas est gloriosa. qꝛ ⁊ beata est
Mat. 5. paupertas: sicut scriptū est. Beati paupes spū sancto. ¶ Ex
his auctoritatibus Chrys. ⁊ Ambro. colligit̄. ꝙ p̄dictorum
abdicatio angelis assimilat̄: ⁊ maxime deū letificat. ⁊ ꝙ
ptinet ad beatā ⁊ gloriosā paupertatē. ⁊ sic ex hoc ↄstat ꝙ
ptinet ad perfectionē vite. ¶ P̄. ondit̄ ꝙ ptās dignitatis
aplice in sumptione necessarioꝝ de euāgelio: nō preiudi
cat paupertati ⁊ pfectioni vite consistenti in paupertate. Et
ad hoc arguit̄ sic. Qū christus ordinauit apostolis de euā
gelio viuere: cōstat ꝙ nō ordinauit eos sumere a credēti
bus necessaria extorquēdo per lites ⁊ violētias: sed petē
do ⁊ mendicādo. Sed dominiū ⁊ potestas in rem que nō
pōt haberi nisi petēdo ⁊ mēdicando: nihil differt a paup
tate: sicut heres quāto tpe paruulus fuerit nihil differt a
Gal. 4. seruo: cū sit dñs oīum. ergo ptās dignitatis aplice in nullo
elōgat eos a pfectione vite: que est in paupertate. ergo hm̄
cōpatiunt̄ se pfectio vite que est in paupertate: ⁊ paupertas
dignitatis aplice. ¶ Circa 2ᵐ qd̄ dicit ꝙ verba predicta
saluatoris ptinēt ad dignitatē potestatis aplice: aduerten
dum est ꝙ saluator duo dicit. Vnū mādādo. s. non posside
re aurū neq; argentū neq; es. Aliud insinuādo. s. hec ne
cessaria debere eis ab alijs ministrari: cum dicit. Dignus
est enim operarius mercede sua. q. d. Digni estis hec recipe
re ab illis qbus predicatis. De hoc scdo satis patet ꝙ per
tinet ad dignitatē potestatis apostolice. Sed de p̄mo nō
videt̄ verū. quis enim diceret. ꝙ potestatis vel dignitatis
alicuius sit nō portare aurū: id est nō preciū victualium.
nō perā: id est nō victualia. nō vestes duplices: ⁊ non cal
ciamenta. nō itaq; ista: sed horꝝ cōtraria sunt potestatis ⁊
dignitatis. ¶ P̄. ↄcessa sunt hec apostolis in potestatem ⁊
dignitatē: que quilibet pōt habere qui vult ⁊ quādocūq;
vult. certe si aliquo mō ⁊ aliquādo potestatis ⁊ dignitatis
sunt: cōstat ꝙ hoc nō est nisi in eo qui cū austeritate ⁊ po
testate potest repetere ⁊ sumere ab alijs: etiā qd̄ sibi debe
tur: vt si dñs rex sine argento ⁊ auro trāsiret per ciuitatem
regni sui. Sed talis modus sumēdi ⁊ petēdi quod debe
tur: non fuit licitus apostolis. ergo p̄dicta abdicatio non
pōt dici pertinere ad dignitatē potestatis aplice sꝫ ad p
fectionē vite quatinus ↄsistit in paupertate. ¶ Tertium qd̄
dicit ꝙ p̄dicta verba saluatoris. Nolite portare ⁊c̄. vsq;
mercede sua. fm ꝙ exponit Aug. nō pertinent ad pfectio
nem vite sed ad dignitatē dupliciter intelligi pōt. Si in
telligat qd̄ de expositione Aug. nō habet̄ ꝙ predicta vba
ptineāt ad pfectionē vite verū dicit. qꝛ nec Aug⁹ nec alij
sancti semper exponūt scripturā sacram oibus modis qui

bus potest cõuenient̃er exponi. Si tamen intelligat q̄ per
expositionẽ Aug. haberi põt q̄ predicta verba christi nõ
pertineant ad perfectionẽ vite: sic falsum dicit. sicut patet
cõsiderãti verba Aug. que sunt hec. Cũ. s. ante diceret eis
christus: id est Apostolis. Nolite portare aurum ⁊c. conti
Mat.x. nuo subiecit. Dignus est operarius mercede sua siue cibo
Luc.x. suo. Unde satis patet cur eos hec possidere aut ferre no
luerint: nõ quia nõ sint necessaria sustentationi huius vi
te: sed quia eos sic mittebat. vt eis hec exhiberi monstra
ret ab illis quibus euangelium credentibus nuntiarent.
Hec Aug. In his verbis non negat Aug. predictorum ne
cessariorum abdicationem ad perfectionem vite pertine
re. q̄uis insinuet eorum ministrationem a credentibus de
beri. Saluator ergo per predicta verba abstulit apostolis
necessaria. ⁊ sic indixit eis necessitatem. ⁊ ideo ne timerẽt
penuriam ⁊ verecundiam: ops eis necessaria deberi ab au
ditoribus. Unde dicit Ambrosius homel. xxxiij. sup Mat
theũ. Et nõ dicãt Apostoli mendicitates iubes nos viuere
⁊ verecundater in hoc monstrat hoc debitum existere ope
stat autem q mūdus est cōpositus maxima cōpositiōe. ergo est nouus. Rō aūt sua nō plus ostendit q nō pōt demōstrari eternitas mūdi q̃ eternitas aīe rōnalis vel angel. qr nec aīe nec angeli creatio depēdet ex alia cā q̃ ex sola volūtate diuina. Dicēdū ergo q de his que soli volūtati diuine subiacēt: ɔtingit loqui dupliciter. Uno modo anteq̃ fiant. Alio mō postq̃ facta sunt. Si primo modo: sic nihil cōtingit de eis demonstratiue sciri vel certitudinaliter nisi per reuelationē. Si scdo modo: sic cōtingit de eis multa sciri demōstratiue. qr ipsa factio eorum habet vim demōstrationis ⁊ reuelationis. Ita est de mundo. qr postq̃ factus est pōt demōstrari nouitas eius. sed anteq̃ fieret: nihil absolute de eo demōstrari potuit. Et quod dicit postea: cauēdu3 est valde ne quis ad ea que sunt fidei demōstrationes adducere presumat. qr per hoc excellentie fidei derogatur. Ueraciter nobis videt per hoc. q persuasio sua plus vergat in fidei detrimētum q̃ promotione3: imo est ɔ beatū Petrum pͤ cañ. iij. pati semp ad satisfactionē omni poscēti vos rationē de ea que in vobis est spe: sicut supra. Et cū addit. q derogat fidei. eo q veritas fidei excellit omnē humanam rationē. Dicendū q veritas fidei in aliqbus articulis: non in omnibus excedit rationem humanam. qr vt Augꝰ dicit li. de vera religione. Omnia illa que primo credimus: vel non auctoritatem secuti partim intelligūtur vt sciantur esse certissima. partim vt sic videātur fieri posse: ac sic fieri oportuisse. ¶ P. lz excedant rationē humanam pro tēpore quando fiunt. quādo tamen facta sunt seipsis rationē illuminant. ⁊ eleuant ad ipsum factorem cognoscendu3. vt habetur per illud ad Ro. pmo. Inuisibilia dei per ea que facta ⁊c. Unde etiam Augustinus. iij. de trini. Erit inquit nostre intētionis in hoc opere ea que credimus non probabiles tm̄: verum etiam necessarias adducere rōnes. ⁊ fidei nostre documentum veritatis enodatione ⁊ explanatione cōderet. Credo nanq3 sine dubio ad quorūlibet explanatione3 que necesse est esse: non modo probabilia: immo etia3 necessaria argumenta non deesse. q̃uis illa interim nostra3 contingat industriam latere.

Responsio ad hec fz Tho. Ad ea que hic dicunt diffuse dictū est. s. in respōsionibus ad obiecta contra primam partem. articulo. vi. ⁊ vij.

¶ Finit Correctorium Egidij Ro. Corruptorij dictorum Thome: in questionibus disputatis de Quodlibetis.

¶ Incipiunt Responsiones Egidij Romani ad ea que obijciuntur contra dicta sancti Thome in questionibus super primum sententiarum.

Articulus

Articulus Primus. De hoc quod Tho. di. iij. primi scripti q. iiij. ar. ij. in responsione principali dicit. quod potentie anime sunt accidentia consequentia speciem: originata ex principijs ipsius: nihilominus tamen sunt de integritate ipsius aie: inquātū est totū potētiale.

Correptorium. Hic nō video errorem. dicit tamen plane contra Augᵐ. ix. de tri. cap. x. vbi dicit. quod hec tria. amor. notitia et mēs: que dicit esse potentias aie et partes imaginis sunt in aia substantialiter: vel (vt ita dicā) inquit essentialiter: nō tanquam in subiecto: vt calor et frigus et huiusmodi. ¶ Item idem x. de tri. cap. penul. hec inquit tria: memoria. intelligētia. voluntas: quoniā nō tres vite sunt sed vna vita. non tres mentes sed vna mens: nec tres substantie: sed vna substātia. Et simile dicit in pluribus locis in li. de spiritu et aia.
2 ¶ Idem videtur velle Auicenna. vi. de naturalibus. prima parte vbi dicit. quod aia est vis respectu actionum et respectu formarum sensibilium et intelligibilium quas recipit. Et pōt dici forma respectu materie in qua existit. ex quibus vtrisque cōstituitur substātia. aial et vegetabile. ¶ P.
3 in libro predicamentorum dicitur. quod maxime ppriū est substantie. quod eadē numero existens susceptibilis est cōtrariorum. hoc autem nulli accidenti cōuenit: vt habetur in predicamentis. conuenit dico fm se. quia licet eadem superficies sit susceptibilis albi et nigri. hoc nō est fm se. vt dicit Auicēna. v. metaphysice. sed rōne substantie que substat.

pª rō. **Responsio** ad hec fm Thomam. Qr autem potentie anime nō possunt dici sua substantia vel essentia. patet sic. Diuersi actus requirunt necessario diuersa susceptiua. verbi gratia. Uidere et audire nequaquam possunt esse perfectiones eiusdē susceptiui siue eiusdē potentie. sed ipsa essentia anime est ppriū susceptiuū actus essendi siue ipsius esse. ergo necesse est quod aliqd aliō ab essentia anime sit susceptiuum pprium ipsius operari: qui est actus alius ab esse siue ab actu essendi diuersus. igitur potentia qua perficitur per actum operandi necessario differt ab essentia anime que perficit per esse siue per
2 actum essendi. ¶ Item nihil habet potentiam actiuam nisi inquantum est ens actu. Potentia actiua igitur presupponit esse actu. et hoc ideo est. quia ipsum esse intimius se tenet cum essentia quam potentia actiua. quoniam essentia nō potest intelligi habere potentiā actiuam circūscripto esse actu. Bene aūt pōt intelligi quod essentia pficiatur per esse suum siue per actum essendi circūscripta potentia actiua. Si igitur potentia anime sit idem cū essentia. multo fortius ipsum esse erit idē cū eadem. et sic essentia creature erit idē cū suo esse. qd est erroneum. ¶ Adhuc ope-
3 rationes anime sunt inter se realiter diuerse. verbi gratia velle intelligere: et huiusmodi. ergo et earum pncipia cuiusmodi sunt potentie. s. voluntas et intellectus sunt inter se realiter diuersa. et sic nō pōt vtraque esse idem qd essentia anime. quecunque enim sunt eadem vni et eidem: etiam inter se sunt realiter eadem. ¶ Sed si dicatur. quod idem sunt re: sed differunt rōne. hoc stare nō potest. quia ex hoc quod aliqua res vna siue natura vna sumitur sub diuersa rōne: nō ppter hoc est diuerse operationis pncipium. verbi gratia. potentia visiua si sumatur in habitudine ad subiectū sub vna ratione. vel in habitudine ad obiectum sub alia rōne: nō ppter hoc est diuerse operationis pncipium. ergo similiter nec in pposito. ¶ Si aūt dicatur quod hoc non est ex diuersa ratione siue ex diuerso modo considerandi quod idem realiter sit pncipium primum diuersorum actuum: sed propter diuersas habitudines siue relationes quibus

Solutō
Contra.
Solutō

idem ad diuersa realiter refertur. Nec hec quidem stare potest. quia relatio non est pncipium alicuius operationis. alioquin in relatiōe esset motus. qd patet esse falsum. ergo diuersitas sola relationis nō pōt facere operationum vel actuum diuersitatem realem. Multa poterunt adhuc argumenta adduci: et multa inconuenientia ex ista positione. s. quod potentie anime sunt ipsa sua essentia. concludi quibus posset pbari. quod qui sunt positionis illius: nō sunt longi ab errore. ¶ Qr aūt dicunt huiusmodi opinionem esse contra sniam beati Augustini patere potest Aug. lucidius intelligenti nō esse verum. Auctoritates illas quas adducūt de Augᵒ: exponunt doctores per hoc. s. quod Augᵘˢ nō itendebat quod ipse potentie anime in se considerate: abstractiue dicantur substantiales vel ipsa substantia anime: sed concretiue. vt videlicet notitia sumatur pro mente noscente vel nota. et amor pro mente amante vel amata. vbicunque ponuntur notitia et amor ab Augustino esse ipsa essentia anime siue ipsi consubstantiales. ¶ Qd autem oporteat dicto modo verba Augⁿ intelligere: patet. quia nequaquam in alio sensu verba eius verificari poterūt circa hanc materiā. Ait enim. xi. de tri. cap. iiij. loquens de trinitate illa que inuenit in parte imaginatiua. qd ergo est ad corporis sensum aliquod corpus in loco: hoc est ad animi aciem similitudo corporis in memoria. Et qd est aspicientis visio ad eam speciem corporis ex qua sensus formatur: hoc est visio cogitantis ad imaginem corporis in memoria constitutam ex qua formatur acies animi. Et qd est intentio volūtatis ad corpus visum visionemque copulandam: vt fiat ibi quedam vnitas trium: quis eorum sit diuersa natura: hoc est eadem voluntatis intentio ad copulandam imaginem corporis que est in memoria. et visionem cogitantis. i. formam quā cepit acies animi rediens ad memoriam. et hic quedam vnitas ex tribus nō iam nature discretis: sed vnius eiusdemque substātie. quia hoc totum intus est: et totum vnus animus. Et eandem sniam repetit. xv. de trini. cap. viij. Deinde ab ipso animo ab his que extrinsecus sunt: sata sunt velut introducta inuenta altera trinitas: vbi apparent eadem tria esse vnius substantie imago corporis que in memoria est. et inde informatio cum ad eam conuertitur animus cogitantis: et vtrunque cōiungēs intentio volūtatis. Ecce in vbis auctoritatis pme species in memoria reposita. et eius similitudo in acie cogitantis expressa: dicunt esse ipsius animus: sicuti et volūtas vtrūque cōiungens. qm de tribus simul ait totum intus est et totum vnus animus. Sed manifestum est quod nec species in memoria: nec etiam similitudo in acie cogitantis expressa est ipsa anima: vel ipse animus abstractiue intellectus. ergo opz quod ista snia Augⁿⁱ sic intelligat. s. quod illud cui spēs in memoria imprimitur. et illud in cuius acie eius similitudo exprimit: ipse animus vel anima esse dicat: vt spēs tam hec quam illa nō pro ipsis speciebus abstractiue: sed pro ipsa anima ipsis speciebus informata cōcretiue accipiat. Igitur et in eodem contextu ipsa voluntas non quidem abstractiue accepta pro potentia sola: sed pro ipsa anima: inquantum sibi inest potentia volitiua per quam copulat illā speciem que est in memoria et visione cogitantis: ipse animus vel anima perhibetur per hoc quod dicitur: hoc totū intus est et vnus animus. ¶ Qr etiam sic concretiue habeāt itelligi verba Augⁿⁱ amplius patet ex verbis secunde auctoritatis. quoniam imago corporis que in memoria est: et informatio cum ad eam conuertitur acies cogitantis. et vtrunque coniungit itētio volūtatis impossibile est dicere esse ipsam essentiā si abstractiue accipiant. qm ipsa spes in memoria accipit ab extra. sic pz per Augᵐ. li. x. cᵒ. xix. vbi sic ait. De ipsis imaginibꝰ corpis intꝰ igt in aia eas inenit per

Contra.
Ad pᵐ

corpus impressa. qd autem alicui ab extra imprimit: nimis fatue ⁊ absurde ipsa eius rei essentia astruitur. Informatio quoqz aciei nūc adest nunc abest. ⁊ silr intentio voluntatis. vñ vtraqz operatio in genere accidentium necessario reperit. ⁊ per cōsequens ipsa substantia anie nulla rōne poterūt affirmari. Uerba igit illa Aug.ni de istis sumptis cōcretiue habent intelligi sub hoc sensu. s. ꝙ illud cui spēs in memoria imprimit. ⁊ ꝙ per eius similitudinem in acie expressam informat. ⁊ ꝙ per voluntatē forme sic apprehensē copulat: est vnius substātie. ꝑut dicit. xv. de trini. ⁊ totū vnus animus: ꝑut dicit. xi. capitulis preallegatis. ¶ Illā auctoritatē Aug.ni. x. de trini. exponit magister sniaꝝ. iij. di. sit hec tria dicunt vna mēs ⁊c. hoc est in vna mente cuius sunt vires ⁊ ꝓprietates naturales: sicut

Ad 2m patet per magrm ibidē. ¶ Qd autem dicunt de Auicenna: nihil est. lz enim Auicenna ponat eandē essentiā anie esse radicem oīum potentiaꝝ. qd vtiqz est contra barbaz ipsoꝝ. cū ponant tres aīas in homine. ꝓpter hoc nō ponit ꝙ ipse potentie aie sint ipsa eius essentia. Qd dicit. anima vis est respectu actionū ⁊c. sic habet intelligi. qz in ipsa aia radicantur vires que sunt pncipia oīuz actionū huiusmo

Ad 3m di. ¶ Ad vltimū qd insinuāt. ꝙ potentie aie deberēt dici substantie. qz sunt cōtrarioꝝ susceptiue. Dicendū ꝙ ipse potentie abstractiue intellecte nō sunt cōtrarioꝝ susceptiue. sed aia potius ipsis potentijs substrata suscipit contraria: vtutes. s. ⁊ vitia: sicut corpus subiectuz quātitati suscipit albū ⁊ nigrū. ¶ Ad euidentiā eius qd predictū est. verba Aug.ni: de ipsis concretiue sumptis debere intelligi: facit ipse modus ostendendi quo probat notitiā ⁊ amorem accidentia nō esse: de trini. x. cap. iiij. vbi dicit hec nō accidentaliter sed substantialiter. vel (vt ita dicā) essentialr: nō tanꝗ in subiecto: vt color ⁊ figura in corpore: aut aliqua alia qualitas aut quātitas. Quicqd enim tale est: non excedit subiectum in quo est. Non enim color aut figura huius corporis pōt esse ⁊ alterius corporis ⁊c. Planuz est enim ꝙ si abstractiue accipiamus spēm intelligibilez vel actum intelligendi: seu ⁊ actū amandi non possunt suum subiectū excedere: nec notitia vel amor si sic accipiat: alteri subiecto ꝗ̄ menti poterunt inherere: nō plus ꝗ̄ calor vel figura sua poterūt excedere subiecta. Ut ergo iste sensus efficax inueniatur: necesse est ꝙ verba sua sic intelligantur. s. notitia ibi accipiatur pro mēte nota. ⁊ amor pro mente amata. Sic enim est valida ratio sua. qd sic patet qz intelligere ⁊ amare sunt actiones immanentes in agēte. Hinc est ꝙ nullū accidens ponit in obiectis quo transire intelligunt. nullum enim accidens adijcitur auro ex hoc ꝙ est intellectum vel amatum: sicut est de operationibus que transeūt in extrinsecū. sicut patet de calefactione ⁊ dealbatione: per quas accidentia illa calefactis ⁊ dealbatis acquiruntur. Ex hoc liquet ꝙ esse intellectum nō addit aliquid menti intellecte sicut nec lapidi intellecto. Optime ergo ꝓbat Aug.9. ꝙ notitia ⁊ amor nō dicūt accidentia alia: inquantum sumuntur pro mente nota ⁊ amata. Sine dubio tamen accidētia quodammodo includūt qn sumuntur cōcretiue pro mente amante ⁊ noscente. qz tam actus ꝗ̄ potētia hec ⁊ illa ipsi menti noscēti vel amāti vt subiecto in esse nullatenus formidatur.

Articulus Secundus. De hoc quod Thomas scripto p. dis. viij q. iij. ar. i. in solutione. iij. argumenti dicit. ꝙ pmū mobile qd phi dicebant motum ex se: est compositum ex motore ⁊ moto. ⁊ reuera videtur intelligere non de motore separato sed cōiuncto qui est anima. quod patet ex hoc ꝙ dicit motum ex se. ⁊ ita ponit celos animatos: vt multi philosophi posuerunt ⁊ pene omnes.

Corruptorium. Hoc si sentit videt plane errare: sic ⁊ philosophi qui hoc ponunt. Contra quos Damas. lib. i. cap. xx. Nullus celos animatos existimet: inanimati enim sunt ⁊ insensibiles. ¶ Item hoc est contra rabbi Moysen: qui dicit. Si celuz ab anima moueretur: aliquando quiesceret: cuius contrarium videmus. ¶ Item si celi essent animati: cum corpora eorum sint nobiliora nostris. similiter ⁊ anime vt videtur. ⁊ per cōsequens celuz esset nobilius homine. ⁊ ita cū nobili9 nō sit ꝓpter ignobilius: nō essent corpora celestia creata ꝓpter hominis seruitium. Cuius cōtrarium habetur Deut. iiij. Ne eleuatis oculis ad celū videas solē ⁊ lunam ⁊c. que creauit deus in ministeriū cunctis gentibus.

Responsio ad hec sm Thomaz. Qualiter frater Tomas senserit de aīatiōe celi. ⁊ qualiter cū beato Aug. in vbis suis concordauerit: ostensum est supra in responsionibus ad obiecta: contra questiones disputatas. articulo. xiij.

Articulus Tertius. De hoc qd Thomas scripto p. dis. viij. q. iij. arti. p in responsiōe. iij. argumēti dicit. ꝙ primus motus est causa omnis motus corporalis. eo ꝙ omnis motus corporalis ordinatur ad motum celi localem.

Corruptorium. Hoc videt minus catholice dictum. Primo qz post iudi- 1
cium sm fidem catholicā ⁊ doctrinā sanctorum cessabit motus celi. ⁊ tamen in iferno trāsibūt de aqs niuiū ad calorem nimiuz. vt habetur Job. xxiiij. Ubi aūt transitus corpoꝝ: ibi motus corporales. ¶ Scdo: qz post iudicium
statim erit corpus beati vbi voluerit spiritus eius. Exemplus ⁊ ꝓbationem huius habemus in Christo post resurrectionem. cuius constat motus corporalis causa nō fuit motus celi. ¶ Tertio. qz credimus motū resurrectionis 2
corporum de puluere terre ad resumptionē animarum. 3
cuius causa nō est motus celi: nec ad motum celi ordinatur. ¶ Quarto. qz mot9 animalis ⁊ hominis ꝓgressiuus
est motus corporalis. cuius causa non est motus celi sed 4
appetitus. ¶ Quinto. qz hoc est ꝯtra Aug.m. xi. cōfess. qui
vult ꝙ cessante motu celi: adhuc posset rota figuli moue- 5
ri. ⁊ sermo distinct9 per syllabas longas ⁊ breues ꝓferri. vbi sic dicit. an non cessarent celi lumina: ⁊ moueret rota figuli. nō esset tēpus. aut essent in verbis nostris syllabe alie longe: alie breues: nisi qz ille longiori tempore sonuissent: ille breuiori.

Responsio ad hec sm Thomā. Qz omnis mot9 corporalis ordinetur ad motuz celi localem. patet per phm. viij. physicoꝝ. nec hoc in aliquo fidei derogat. (t. c.o 57. ad quatuor prima.) ¶ Quod aūt obijciunt de aquis niuium ⁊c. dici potest ꝙ motus ille nō est naturalis qualis est ille de quo loquuntur phi. sed sumitur ibi trāsitus pro immutatione: sm ꝙ sensus damnatoꝝ a speciebus frigoris ⁊ caloris multipliciter cruciantur. Qd si quis motus ac localis transitus debeat ibi poni in pncipium supernaturale vel voluntariuz debet reduci. ita ꝙ naturalis nō debeat proprie dici. igitur motus corporum glorificatorum debet dici supernaturalis: inqūtum cō sequuntur ad actum voluntatis. Motus quoqz vel mutatio que erit in resurrectione corporum: multo amplius in pncipiuz supernaturale

reducitur sicut patet. ¶ Quod tandem de Aug.no: dicunt. Ad 5m
ꝙ cessante motu celi ⁊c. verum est. qz per aliquem motorē libere ac volūtarie agētē hñ localr mouet: sz nō nālr. ita ꝙ mot9 ille in pncipiū qd est nā: possit reduci. ⁊ ꝙ intelligat de tali motu qui ꝓcedit a pncipio voluntario: innuit per hoc

per hoc qđ subdit de ſmone distincto per syllabas longas ⁊ breues. huiusmodi enim motus locutionum reducitur in principium voluntarium.

ARticulus Quartus. De hoc qđ Thomas dicit p̃ scripto. di. viij. q. v. ar. ij. in r̃ſiõe p̃mi argumẽti ꝙ aĩa non cõponitur ex aliquibus que sint ptes qdditatis eius. sicut nec quelibet alia forma.

i **Corruptorium.** Hoc est cõtra Aug^m. vij. super Geñ. ad litteram. ante finem paꝝ. vbi dicit. ꝙ aĩa p̃mi hominis facta fuerit ex mã spirituali. que quidem formationeꝫ suam precessit: nõ tempore sed origine: sicut vox cantum: ⁊ alia multa sunt con

2 tra hec que dicta sunt. s. ¶ Ad argumentũ in cõtrarium

t. 2i. 6. respondeo ꝙ est tale. In. ij. de aĩa dicitur. ꝙ aĩa est actus corporis. ⁊ ibidem dicit̃. ꝙ forma nec est materia nec cõpositũ. ¶ Responsio argumẽti nõ ostendit: nisi ꝙ aĩa nõ est cõpositũ nec illud cuius est forma. ⁊ hoc est veruꝫ.

3 qꝛ non est corpus. ¶ Scđo omne cõpositum habet esse ex suis p̃ncipijs cõponẽtib9. si igitur sit cõposita tunc ipsa in se habet aliqđ esse qđ nunq̃ꝫ remouetur ab ea. cum sit ĩmortalis. ¶ P̃. ex cõiunctione corporis ⁊ anime relinq̃tur qđdã esse qđ est esse hominis. ergo in homine est duplex esse. s. esse aĩe ⁊ esse compositi. qđ videt̃ impossibile: cũ vnius rei sit tm̃ vnũ esse. ¶ R̃x° dđm. ꝙ hoc argumentum ita est cõtra ipsum. qui ponit animam ĩmaterialem. sicut contra eos qui ponunt eã cõpositã. qꝛ tam ipse q̃ꝫ illi ponunt eam existentem qñ est separata. ⁊ ita semꝑ qñ est coniuncta habet duplex esse. s. esse aĩe ⁊ esse coniuncti ſm hanc viam. ¶ Ad argumentum tñ dicimus. ꝙ esse cõpositi est esse duaꝝ rerũ ⁊ nõ vnius. ⁊ hoc nõ est incõueniẽs.

4 qꝛ duoꝝ sunt duo esse. ¶ Tertio. oĩs compositio que aduenit alicui post suũ esse cõpletũ est ei accidẽtalis. si ergo anima est composita ex suis p̃ncipijs habens esse ꝑfectũ: cõpositio eius cum corpore erit ei accidẽtalis: sed compositio accidentalis terminatur ad esse vnum per accidẽs. ergo ex aĩa ⁊ corpore nõ efficitur vnum nisi per accidens. ¶ R̃ñdeo sicut prius. hec ratio est contra ipsum: qui ponit animã simplicẽ formã per se subsistentem ⁊ habentẽ esse nature sue ꝑfectum. ergo accidẽtalis erit compositio ſm hoc. ¶ Ad argumentũ tertiũ dicimus aliter. ꝙ cum dicit aĩam habere esse perfectum anteq̃ꝫ cõiungat̃ corpori hoc esse falsum. qꝛ enim aĩa apta nata est esse corporis ꝑfectio: nõ habet perfectũ nature sue modum: nisi quando habet corpus sibi coniunctum. corpus inquã nõ aĩale sed spũale in tanta facultate sibi obediens: vt sit sibi glorie quod p̃us fuit sarcine: vt habet̃. xxi. super Geñ. in fine. Ita etiã modo nõ haberet esse ꝑfectum sue nature nisi vnita esset corpori animali. i. qđ facit animale.

Responsio ad hec ſm Thomã. Qualiter aĩa intellectiua sicut ⁊ angelus sit natura simplex: nec est composita ex materia ⁊ forma: multis rationibus ⁊ auctoritatibus poterit ꝓbari: patuit supra in r̃ñsio

Ad p̃m nibus ad obiecta contra p̃mã ꝑtem. articulo. ix. ¶ Auctoritates autem Aug. hic ⁊ alibi pro se adducũt: nihil facit pro eis si ex integro recipiat̃. imo inueniẽt ꝙ Augustino imponunt que nõ habentur ab eo: vt patet per verba sua super Geñ. 7°. cap. xxv. vbi sic ait. Frustra iaꝫ queritur: ex qua veluti materia facta sit anima. sed intelligi recte põt in primis illis operibus facta: cum factus est dies. Sicut eniꝫ illa que nõ erant facta sunt. ⁊ hec inter illa. Qꝛ si materies alia formabilis fuit ⁊ corporalis ⁊ spiritualis. nõ tñ in ipsa instituta nisi a deo a quo sunt oĩa. que quidem formationem suam nõ tempore sed origine p̃cederet sicut vox cantum. quid enim de materia spũali facta anima creditur. Ecce nõ asserit ex aliqua materia fieri. sed si fiat ex aliqua materia: fieri ꝯgruentius creditur ex spirituali. Quid aũt sentiat de hoc ſm veritatẽ: explicat infra cap̃. xxvij. scilꝫ vltimo eiusdẽ libri: vbi sic dicit. Nunc etenim de anima quaꝫ inspirauit homini deus sufflando in eius faciem: nihil cõfirmo nisi ꝙ ex deo sic est: vt nõ sit substãtia dei sed sit incorporea: id est nõ sit corpus sed spiritus. nõ de substantia dei ꝓcedens: sed factus a deo. nõ ita factus a deo vt in eius naturã natura vlla corporis vel irrationalis anime verteret̃. ac per hoc de nihilo ⁊c̃. Sꝫ si de nihilo: ergo nec de materia corporali nec spirituali. vnde nihil valet qđ pro se adducunt illud qđ dicit Aug9 inquirendo sub conditione. Hoc aũt pro nobis est ꝙ anima de nihilo. ⁊ per consequens de nulla materia hoc asserit ⁊ cõfirmat: sicut patet per verba sua inspicientibus preallegata. ¶ Responsio v̊o quam afferunt ad primã rationem Ad 2m

Thome: nihil valet. Planũ est eniꝫ ꝙ ph̃s distinguit substantiã in materiam. formam: ⁊ compositũ verisimiliter 2° de aĩa

sicut patet ex verbis eius. Dicamus igitur genus vnũ qđdam genus eoꝝ que sunt substantia. Huius aũt aliud quidem sicut materiã que ſm se quidem nõ est hoc aliquid. Aliud autem sicut formã ⁊ speciẽ: ſm quaꝫ dicit̃ iam hoc aliquid: ⁊ tertiam que ex his. Ex quo patet ꝙ oĩs forma distinguitur cõtra cõpositũ. Nõ igitur erit veruꝫ dicere de forma quacũqꝫ. ꝙ nõ erit hoc compositum: sed ꝙ est nullum cõpositũ. Illa enim que cõdiuidunt aliqđ vnum per se: ⁊ nõ per accidens: sic se habent ꝙ vnum nõ solum in particulari: sed etiã in vniuersali necessario remouet̃. Vbi gr̃a cũ dicit̃. Animaliũ aliud homo: aliud asinus. Cũ igit̃ mã. forma ⁊ cõpositũ nõ per accidens sed per se substantiam cõdiuidant sicut patet: necesse est hec ab inuicẽ vniuersaliter remoueri: ita scilꝫ ꝙ nulla materia sit forma vel compositũ. ⁊ nulla forma materia vel compositũ ⁊ nullũ compositum materia nec forma. Cum igitur ph̃s istam diuisionẽ faciat: vt declaret aĩam esse formaꝫ: nulli dubiũ quin sequat̃ ſm ipsuꝫ demõstratiue aĩam nõ esse compositam: non vt intelligatur nõ esse hoc compositũ: sed nullũ. Põt enim sic formari. Nullũ cõpositũ est forma. oĩs aũt aĩa rõnalis est forma. ergo nulla aĩa rõnalis est cõpositũ: necesse est ergo ab anima exquo forma est: materiam ⁊ compositũ vniuersaliter remoueri. ¶ Qđ Ad 3m

aũt dicũt ad scđm argumentũ. est irrationabiliter dictũ. In p̃mis enim cũ dicunt illam rõnẽ esse cõtrariam Thome falsum dicunt. Ipse enim nõ ponit ꝙ ipsa forma an̄e recipiat quoddã esse in sua mã spũali quã ipsi fingũt. tũc enim sequeret̃. ꝙ cũ aliud esse quoddã ꝓueniret ex cõiũctione aĩe ⁊ corporis. ꝙ duo esse essent in eodẽ. Ipse autẽ ponit. ꝙ ipsa anima accipit esse p̃mo in ipso corpore tanq̃ꝫ in ꝓpria mã cuius est forma. vñ ponit ꝙ anima ⁊ corpus vnum esse constituunt: siue vniunt̃ in vnum esse. Qđ aũt dicunt respondendo ad predictam rationẽ. ꝙ omne esse compositi est esse duorum: non rei vnius: hoc falsum est. quoniaꝫ cõpositũ est res vna. Ex materia ⁊ forma eteniꝫ fit vere vnũ. ergo opꝫ ꝙ habeat vnum esse. Una eniꝫ potentia nõ põt perfici per duplicem actum sed qdditas rei composite ex materia ⁊ forma est ꝓpria potentia huius actus. s. esse. igitur impossibile est ꝙ rei cuius qdditas est vna sint duo esse. ¶ Qđ etiam dicunt tertiã rõnem esse Ad 4m

cõtra Thomã nõ cõtinet veritatẽ. Ratio enim ꝓbat. ꝙ si ipsa forma anime acciperet esse cõpletuꝫ sue nature in mã illa spirituali sibi cõnãli. ꝓut ipsi fingũt: tũc necessario sequeret̃. ꝙ eius cõpositio cũ corꝑe esset accidẽtalis. Sed ſm viã Thome hoc nõ seq̃t̃: cũ ipse ponat aĩaꝫ que forma simplex est: suũ eẽ cõpletũ recipe in corꝑe tanq̃ꝫ in materia propria quã ꝑficit. vñ vnio cum corpore est ſm

eu3 in vno esse substantiali. ¶ Qd aut dicunt Thomam dicere aiam habere esse perfectu3 ante q corpori vniat: ex dictis patet esse falsum. Ponit enim aiam in corpore suum esse cópletum accipere. qd tamen ea ponit retinere a corpore separatá: ita tñ q semper ad corpus habet naturalem inclinationem pter pfectiorem modum essendi quem habet corpi cóiuncta q a corpore separata.

Uide s' hoc l. 4. dis. 44. q. 1. ar. 2. in respó sióe ad. i

Articulus

Quintus. De hoc qd Thomas dicit ibidem in solutióe scdi argumenti. q cóiunctum nó habet aliud esse q esse forme. Item in respósione. iij. argumenti addit. q per cóiunctionem aie cum corpore nó efficitur aliquod aliud esse. sed esse qd est anime per se efficitur cóiuncti. ita q cóiunctum nó habet aliud esse q esse forme. Ide3 dicit di. xv. q. vltima in responsione principali.

Corruptorium.

Illud dictú oritur ex duplici errore: quoz vnus est. q vna forma substantialis est in cóiuncto: que cum materia prima cui immediate sine alia preuia dispositione cóiungit facit cópositum. ¶ Scds est. q materia talis. s. prima nó habet esse: nec pót habere nisi per formá. z ambo errores a magistris sunt reprobati. Dico ergo q sicut cópositum ex anima z corpore est aliud ens q alterum qdlibet componentium. Ita etiam z esse cópositi est aliud q esse forme. esse enim est pprius actus entis. ita q qdlibet ens hét suú esse. Cum ergo corpus ante anime infusione3 habeat esse. manifestum est q totum esse corporis in composito nó est anime. alioquin corpus post separationem penitus desineret esse sicut accidentia. que non habent aliud esse q esse suoz subiectorum. z ió qñ amittunt esse subiecti: amittunt penitus esse: nisi sustententur per miraculum: vt in sacramento altaris.

Responsio

ad hec sm Thomam. Qualiter vnu3 est esse cópositi ex anima z corpore: p3 ex dictis. s. ar. primo. z in responsionibus ad obiecta contra primá scde. ar. iij. qualiter etiam ponere vnitate3 forme z simplr materiá sine forma esse nó posse: ex dictis satis patet dici erroneú nó debere. ¶ Ad argumentu3 quo nituntur ostendere. q corpus habet esse in homine aliud ab esse anime: qd ipsi corpori cóicatur. Dicendum q corpus ante infusionem anime habet esse a forma quadam que in aduentu anime corrumpit. pter qd esse qd a tali forma habuit nó remanet. z post separationem noua forma inducitur a qua aliud esse cómunicatur. ¶ Qd aute3 dicunt. q ex hoc sequit q corpus deberet penitus desinere esse ad modú accidentiú. manifestum est q nó sequit. Accidentia eni3 sunt indignantis nature: perimi possunt: nó mutari sm Boetiú. Corpus autem physicum mobile est z mutari pót. vñ corpus viuum in morte nó annihilatur: sed in corpus mortuú noua forma substantialis inducitur. z per 9ns actu essendi nouo naturaliter pmutatur.

Articulus

Sextus. De hoc qd Thomas dicit ibidem in respóne vltimi arguméti dicit aiam indiuiduari per corpus z ex corpore. z q ípossibile est animam prius creari q infundi.

i Corruptorium.

Scdo dictum videtur plane derogare fidei: que dicit deú omnipotentem. Cum enim anime creatio nec fit nec esse possit ab alio q a deo: dicere animá prius nó posse creari q infundi: nó est aliud dicere: nisi q deus nó pót ea3 pus creare q ifundat. Sicut sm Ansel. múdú nó posse creari: nihil aliud est q deú nó posse múdú creare. ergo nó esset

2 oipotés. ¶ Ité hoc est 9tra Augm. vij. sup Geñ. xxi. Certe ingt humane opinioni tolerabili' videt deú in pmis opibus (qui simul creauit oia) aiam etiam humaná creasse q suo tempore membris ex limo formati corporis inspirare. ¶ Ité indiuiduationem anime fieri per corpus: vi- 3 detur esse falsu3 z occasio errandi. qz sequit ex hoc q vel aia post separatioñe a corpore desinat esse: vel saltem q post mortem hominú erit vnus itellectus tñ vel anima. Si enim cóiunctio cum corporibus facit distinctione3 z indiuiduationem animarum: sequitur q separatio faciet vnitatem. ¶ Ite3 arguit sic: aut corpus est tota causa in- 4 diuiduationis anime: aut pars cause: aut cócausa. Si tota causa. ergo ipso posito ponitur effectus. s. indiuiduatio. z ipso remoto remouet effectus. ergo post morté nó esset indiuiduatio animarum: sed vna tñ vel vnus intellect': qd erat error Auer. Si vo corpus est concausa indiuidua- 3° de aia tionis: tunc quero que est illa pars que est concausa cum 9to. 5. illo: nó est dare nisi materia3 aie: sicut z ipsi dant in alijs formis. ergo aia habet materiá spúalé per quá indiuiduatur. Si aút dicas: nó indiuiduat per materiá sed per corpus z accidentia: aut hec accidentia causant ex cóiunctione aie cum corpore: aut ex coniunctione materie spúalis ipsius anime z eius forma. qz materia z forma sunt causa omniú accidétiú que sunt z fiunt in ea: vt habet p phy'. 1. 9ti. 80 Si pmo mó. ergo cú accidétia nó maneant facta separatione anime a corpe: non maneret aie indiuiduatio. ergo nec ipsa maneret. Si scdo mó: tunc habeo ppositum. s. q nó indiuiduat per corpus suú. ¶ Ite3 Cómen. super. iiij. 9to. 2. meta'' dicit q substantia vniuscuiusqz per quá est vnu3: 5 est suum esse. ¶ Idé sup. x. metaphysice. qd est pncipiu3 9to. 4. esse: est pnciipiú núeri. z qd est pncipiú numeri est pncipiú essendi. Cú ergo aia nó habeat esse per corpus. qd planu3 est. sequitur q anima nó habeat vnitatem z pncipiu3 numerationis: siue indiuiduationis a corpore.

Responsio

ad hec sm Thomam. Animá per corpus numerari aut indiuiduari per corporum diuersitatem: z qualiter hoc debeat intelligi: declaratú est supra in responsione ad obiecta cótra pmam partem. articulo. viij. z. xi. quibus itellectis ea quoqz que Ad pm hic obyciuntur cótra hec facile dissoluunt. ¶ Qd dicút in primis fidei derogare. s. q impossibile est animá prius creari q infundi: non dicunt vez. ¶ Ad argumentú vo per qd hoc pbant dicendum. q multa sunt impossibilia nature: que non sunt impossibilia deo. Quáuis igitur ipsi anime róne sue nature repugnet pus esse q corpori vniri: róne cuius Thomas dicit hoc esse impossibile: posset tñ aliú essendi ordinem deus aie tribuere: vt nó solu3 ante corpus: sed etiam semper ad modum angeli sine corpore existeret: l3 forsan túc aia pprie dici nó posset. ¶ Ad illd Ad 2m qd de Augustino adducunt dóm. q Aug' dicit sic de aia pmi hominis inquirendo: nó asserédo. Unde in fine illi' inquisitionis cap. vltimo. vij. super Geñ. sic cócludit. Enumeratis quibusda3 quibus pro certo adheret. s. q anima sit de nihilo: z sit imortalis sm quédam vite sue modu3. Subdit. Cetera que in hoc libro disputando locutus su3: ad hoc valeant legenti: vt aut nouerit queádmodu3 sine affirmádi temeritate tenenda sunt: que nó aperte scriptura loquit. Aut si ei querendi modus iste nó placet: queádmodú ipse quesiui. sciat si me pót docere nó abnuat. si aute me nó pót docere: a quo ambo discamus mecu3 requirat. Utiná isti alij exéplo Augn sic humiliter estimatióes suas: pro qbus nunc rationes: nunc auctoritates (nisi sm Ad 3m quádá apparétiá) pferre studuissent. ¶ Rónes vo quas Ad 4m adducút 9tra aie indiuiduatioñe solute sút. s. dictú Com Ad 5m mé. sup. 4°. z. x. meta'' nihil fac p eis. qz Cómé. (sic p3 in fine cóméti) itelligit de pncipio eéndi z numeri effectiuo

Et intédit

Et intendit φ cum hoc fuerit inuentum. s. φ idem est principium esse numeri. qđ declaratū est in phicis: scilicet hoc esse p̄mū motorē eternū. declarabit̄ φ illud est vnū de quo declaratū fuit hoc qđ est p̄ncipiū substantie. Et φ cōcedendum est: φ deus ipse est p̄ncipium effectiuū anime tam quo ad esse q̄ȝ etiam quo ad numerationē: nihilominus tamen corpus ad hoc requiritur tanq̄ȝ principiuȝ vel causa materialis.

Articulus Septim⁹. De hoc qđ dicit Thomas ibidem ar. vlt. in responsione p̄ncipali. φ nulli substantie simplici debetur locus nisi s̄m relationem quaȝ habet ad corpus. anima autem comparatur ad corpus vt forma eius. Simile parti p̄me huius positionis dicitur infra dis. xv. q. vlt. in r̄nsione argumenti tertij.

Corruptorium. Hoc qđ hic p̄mo dicit̄ cū illo articulo supra. φ aīa nō sit cōposita ex materia spirituali & forma: potest esse occasio erroris in putando φ aīe separate a corporibus nusq̄ȝ sint. s. neqȝ in celo neqȝ in purgatorio. qđ est cōtra fidē & contra Damas. lib°. ij. cap. iij. vbi dicit. Ita angeli circumscriptibiles sunt. Cum enim sunt in celo nō sunt in terra. & cuȝ a deo ad terrā mittuntur nō remanēt in celo. ¶ Item contra phm p̄ de celo & mūdo. vbi ait. φ omnes homines cōueniunt in hoc. φ hoc corpus primū gloriosum est locus spirituum: que vulgariter dicuntur angeli. Si aūt angeli sunt in loco: eadē rōne vel fortiori anime separate. t. c͡ᵗ. 22.

Responsio ad hec s̄m Thomā. Quo modo angeli sint in loco: & quo mō ea que hic ponuntur facile dissoluātur: sufficiēter patet supra in responsionibus ad obiecta cōtra p̄maȝ p̄tem ar. xvi.

Articulus Octauus. De hoc qđ Thomas scripto p̄. dis. xi. art. iij: in responsione p̄ncipali dicit. φ pater & filius v̄tute vnius essentie spirant spiritum sanctū vnica spiratiōe: & iō qui spiratur est simplex.

Corruptorium. Hoc dictum excusat qdā. Dicit enim Dam. lib. p̄. cap. viij. Generatio īquit sine p̄ncipio est & eterna: nature opus existens. Certe si generatio est opus nature & spiratio. q2 ergo nō dixit φ spirant inq̄ȝtum cōmunicant v̄tuteȝ vnius nature: sed tm̄ virtute vnius nature p̄ncipiandi spūm sanctum vel spirandi. q2 si sic tunc spiritussanctus spiraret se ipsum cū eadeȝ virtus nature sit in ipso. Sed intendit dicere. φ pater & filius habentes nature vnius virtuteȝ spirandi spirant spm̄ sanctum. Et sic videt̄ loqui Ansel. de p̄cessione spiritussancti. cap. vij. Ex eo inquit φ pater & fili⁹ vnū sūt. ideo ex deo est spūssanctus: nō ex eo vñ alij sunt. Et libro eodē. cap. viij. dicit. φ spiritussanctus ex dei essentia est. ¶ Itē in Monolog. liiij. Spiritussanctus p̄cedit: nō ex eo in quo plures sunt pater & filius: sȝ ex deo in quo vnum sunt plures. Alia enim est relatio patris alia filij: alia spiritussancti. Sed ex ipsa sua essentia que pluralitatem nō admittit: emittunt pater & filius pariter tantū bonum. ¶ Itē. xxvij. di. pater & fili⁹ nō faciūt neqȝ gignūt: sed q̄dammodo (si sic dici pōt) spirant suū amorē. q̄ȝuis nō modo nostro spiret summa incōmutabilisqȝ essentia. ¶ Itē phs p̄ rhetorice sue dicit. φ natura fiunt quorum causa est in ipsis & ordinata. q2 ergo in patre & filio est causa: vel potius p̄ncipium spirandi spiritum sanctum: potest dici sic large: φ virtute vnius nature inq̄ȝtum sunt vnum in natura virtuosa vel essentia s̄m Ansel. spirāt spūm sanctum. Alijs videt̄. φ dicta positio non sit recipienda. naȝ per ly v̄tute vnius nature: notatur ratio p̄ncipiandi. Cum igitur eadem virtus & natura sint in spūsancto: spiritussanctus spiraret seipsuȝ: qđ est erroneū. ¶ P̄. vt dicit Richar. vi. de trini. generatio est p̄ductio existētis de existēte s̄m operationē nature. Si igit̄ spiratio fit virtute nature & operatione nature: spiratio erit generatio. 2

¶ P̄. lȝ sit vna natura in patre & filio. non tamen natura est imediatum p̄ncipiū spirandi & p̄ncipale: sed vis cōis spiratiua: ita 3

φ nō virtute vnius nature: sed virtute cōmunis vis spiratiue spirant spiritū sanctū. 4

¶ Itē. v. de trini. cap. xiiij. Exit spiritussanctus a patre: nō quo mō natus: sed quo mō datus. spirari autē virtute nature nō est exire quo mō datus sed potius quo mō natus. Quia vt dicit̄. iiij. metaph. nature est generare sibi simile. spirare aūt nō videt̄ nature: sed voluntatis amatiue. ergo &c̄. 5 t. c͡ᵗ. z.

¶ Iteȝ idē Richar. vi. de trini. cap. viij. Nihil itaqȝ in diuinis est iuxta donū largientis gratie: sed iuxta proprietatē largientis nature: sed proprietas nature exigit. φ voluntas & vis spiret non natura tm̄: sed potius φ generet. ergo &c̄. 6

Responsio ad hec s̄m Thomā. Potentia spiratiua sicut & potētia generatiua essentiaȝ quideȝ diuinā dicunt in recto: lȝ notionem important in obliquo. & ideo satis ꝯgrue dicit̄: imo verissime φ pater & filius virtute vnius nature spirant spiritū sanctuȝ. q̄ȝ ipsa natura diuina que vna est cū ipsa virtute vel potentia spiratiua. Quod aūt ꝯtra hoc obijciant friuolū est & vanuȝ.

¶ Ad p̄mū ergo dōm. φ ratio p̄ncipiandi spiritū sanctuȝ est ipsa diuina essentia vel natura: lȝ principians sit persona patris & filij. Ex hoc tamē non sequit̄ φ spiritussanctus spiret seipsum. eo φ in ipso eadē natura inueniatur. qđ pȝ. Natura eni que est ipsa essentia diuina: est ratio p̄ncipiandi filiū. & ipsa eadē cōmunicat̄ filio nō tamē sequitur φ filius p̄ducat seipsum. q̄ȝuis eni eadē natura sit in patre & in filio: nō tamē habet eandē rōneȝ principiandi in vtroqȝ. q2 videlicet nō est in vtroqȝ eodeȝ mō. Sic omnino est intelligendaȝ de natura diuina que in patre & filio hēt rōnē p̄ncipiandi spiritū sanctū. In spiritusancto v̄o in quo est alio mō rōnē istā nō hēt: vt. s. sit p̄ncipiū semetipȝ vel personā aliā p̄ducendi. Et ad hoc qđ dictū est approbandū: faciunt per oīa auctoritates quas p̄mo adducunt. Ad p̄ᵐ

¶ Qđ v̄o subdunt pro alijs videt̄. φ p̄dicta positio nō sit recipienda. Dicendū nobis de visu vel estimatiōe talium dictis Anselmi preallegatis ꝯtradicentiū vel forsan ipsa non intelligentium non est curandum. ¶ Ad primuȝ v̄o qđ illi adducunt: dictuȝ est supra in respōsione primi argumenti illius articuli.

¶ Ad secundū dicendum. φ s̄m Richar. generatio quideȝ est productio existentis de existente s̄m operationem nature vt natura est: sed spiratio est virtute nature: nō tamē per modū nature sed per modum voluntatis: inquātū. s. ipsa natura diuina eius voluntas est. sicut eēntia diuina est ipsi deo ratio essendi inquātum essentia. Et ipsa eadem essentia est ipsi deo ratio intelligendi: inquantum intellectus & ratio volendi inquātum voluntas est. Lȝ autem voluntas & natura nō differant nisi s̄m rationem. tamen emanationes due: quaruȝ vnius ipsa diuina essentia est principiū vt natura est: & alterius vt voluntas est sunt diuerse. qđ vtiqȝ contingit: φ ipsa eēntia diuina que vna est & eadem: penitus est principium intellectionis que ad verbū expressiue terminat̄: & p̄ncipium dilectionis siue actus voluntatis: qui in nexu quodā seu copula ꝯsumat̄: qđ & amor procedens seu ipse spiritussanctus procedens intelligitur. put alibi ex dictis Tho. euidentius declarat̄. Ad zᵐ

¶ Ad tertiū dicenduȝ. φ hoc qđ dicunt. φ natura non est īmediatū & principale principiū spirandi: sed vis spiratiua includit ꝯtradictoria: q2 vis spiratiua est ipsa natura diuina: lȝ in ipsa vt spiratiua importet̄ notio in obliquo. Ad 3ᵐ

¶ Per idē patet ad quartū. dice Ad 4ᵐ

re enim ꝙ nō spirēt v̄tute vnius nāe. ꝛ ꝙ spirent v̄tute vis cōmunis spiratiue ex ꝓprimo dictis liquet ꝫdictoria
Ad 5m īplicare. ¶ Ad 5m dicendū. ꝙ spūssanctus dicit̄ nō exire quo mō datus ꝛc. q2 ꝓcedit per modū volūtatis. tn̄ nō se quit̄ q2 nā sine essentia diuina inquantū est ipsa sua volūtas sit p̄ncipiū formale quo spūssanctus a patre ꝛ filio
Ad 6m procedit. ¶ Ad 6m dōm. ꝙ auctoritas Rich. oīo est pro Thome. Si enim nihil est in diuinis iuxta donum largientis grē: sed totū iuxta ꝓprietatem largientis nāe: manifestū est ꝙ ex plenitudine perfectiōis illius nature prouenit. ꝙ ipsa natura sit p̄ncipium generationis filij. ꝛ nature voluntas p̄ncipium ꝓcessionis spūssancti. ¶ Qd̄ tādem ipsi dicūt de suo. ꝙ proprietas nature exigit ꝙ volūtas vt vis spiratiua spiret: falsū est ꝛ erroneū plane. Uolūtas enim nō spirat sicut nec essentia: nec per cōsequēs vis spiratiua que est ipsamet essentia cū notione in obliquo intellecta. Sed persona patris ꝛ persona filij: in q̄bus cōmuniter ipsa volūtas ac potentia spiratiua reperitur. Discant ergo cautius in hac materia loqui: ne nouam inducant doctrinā: prophanā vtiq3 ꝛ erroneā. q2. s. ipsa natura diuina vel essentia debeat dici producere vel spirare. Ex quo sequitur cū nihil seipsū in esse ꝓducat: diuinā essentiam plurificari. quod dicere nullus dubitat manifestā heresim affirmare.

ARticulus Nonus de hoc qd̄ Thomas in scripto p̄ dis. xvij. q. i. ar. iij in responsione p̄ncipali dicit aīam habentem meliora naturalia: dūmmodo sit par conatus plus recipere de grā ꝛ de ꝓfectionibus infusis.

Corruptorium. Lꝫ hoc videt̄ posse dupl'r intelligi. vel ita ꝙ gratia ꝛ ꝓfectiones infuse per illā sint q̄dem plus ꝛ melius in essentia sua vt a deo infunduntur: q̄ȝ gratia ꝛ perfectiones infuse habenti minus bona naturalia. hoc putamus esse falsum ꝛ errori propinquū. q2 s̄m hoc gratia quodāmō nō esset gratia: ad Ro. xi. ꝛ qui plus laboraret nō plus reciperet. Magis enim est cōsonum gratie ꝛ iustitie. ꝙ habens minus
Mat. 12 bona naturalia si par sit conatus in eo respectu illius qui
Luce. 21 meliora habet ꝙ plus de gratia accipiat. q2 plus s̄m vires suas laborat. ꝛ plus se ad gratiam disponit. sicut plus misit vidua que misit quadrantem: q̄ȝ diuites qui iactabant multa. Et multo fortius illi multa mittendo q̄ȝ si iactassent quadrantem. Sic etiā credo. ꝙ homo debilis ꝛ passibilis ieiunando. vigilando. peregrinando: vel al's laborando plus se disponit ad gratiam ꝛ plus etiā recipiet. q̄ȝ fortis quasi gigas eq̄lia faciendo. Uel pōt intelligi ita. ꝙ grā ꝛ ꝓfectiones infuse habēti meliora naturalia cū pari conatu sint maioris efficacie: inq̄ntum in illo recipiuntur: lꝫ in se ꝛ s̄m se sint eq̄les: sic est verū qd̄ dicit̄. Nā si homini naliter impio vel crudeli ꝛ alteri naturaliter pio ꝛ miti equaliter conantibus pro gratia habenda grā infundat̄: ille pius plus habilitat̄ ad opus bonū vt ad p̄mū diligendū ꝛ ꝓximū q̄ȝ impius: sicut idē radius plus illuminat minus obscurum ꝛ minus densum q̄ȝ magis obscurum. Et si sint duo milites eque fortes: ille qui habet meliorē equū plus potest in bello. Habet aūt se gratia s̄m Augustinū ad liberum arbitriū sicut sessor ad equū. Et equalis ignis plus inflammat lignū siccū ꝛ pingue q̄ȝ lignum madefactum ꝛ viride.

Responsio ad hec s̄m Thomā. Qualiter habeat intelligi ꝙ habens meliora naturalia recipiat plus de gratia: patet ex dictis in responsionib' ad obiecta contra primā partem. quibus visis ea que hic dicuntur in nullo fore contra sententiā Thome euidētius conuincuntur: quia ꝛ ipsa verba Thome satis expresse ꝓ

nihil...
ꝛ oipotēs. ¶ Jtē hoc...

cedunt si intelligantur. Hoc enim sciendū: ꝙ ad omnia que isti ꝯtra Thomā a principio adduxerunt: facillime per eius verba veritate plena poterit responderi. pro aliq̄bus tamen habendo omnia scripta eiusdē que isti (vt ex processu eorum euidentius liquet) nisi sunt deprauare: nullū dubium facultatem deesse: quorum forsan manib' ista eorū deprauatio deuenire contingeret: nunc verba eius: nunc sententiā (prout capere potuimus) articulis singulis curauimus ad omnia respondendo: s̄m nostrum modulum [illegible] volentes: ad altius sapientibus occasionem [illegible] respondendi: ꝛ illius laudes attollendi vberius prebere: que doctorem istum sapientie radio illustrare: ꝛ super ecclesie candelabrum: pro orbis terrarū instructiōe: dignatus est sua clemētia exaltare. Cui laus. honor ꝛ gloria: in secula seculorum. Amen.

¶ Correctorium Corruptorij editū a venerabili domino Egidio de Roma ordinis eremitarū sancti Augustini Archiepiscopo Bituricen. contra ꝛ aduersus quosdā emulos doctrine sancti Thome de Aquino ordinis predicatorum. Jmpressū Uenetijs Jmpensa Heredum quondā nobilis viri domini Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis ꝛ Sociorum. 14. Madij. i516.

Registrum.

aa bb cc dd ee ff gg hh ij
Ultimus Quaternus. alij Terni